31

13.

F. 27

ΖΩΣΙΜΟΥ

Κόμητος καὶ Ἀποφισικοσωηγόρου

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ

Βίβλοι ἕξ.

ZOSIMI

Comitis & Exadvocati Fiſci,

HISTORIÆ NOVÆ

Libri Sex,

NOTIS ILLUSTRATI.



OXONII,

E Theatro SHELDONIANO.

Anno 1679.

Digitized by Google

Reverendo in Chriſto Patri

JOANNI EPISCOPO ROFFENSI,

Decano Weſtm. necnon totius Angliæ

ARCHI-ELEEMOSYNARIO:

Viro item admodum reverendo

D. D. BUSBY,



Scholæ Regiæ Weſtmonaſterienſis

DIGNISSIMO PRÆFECTO.

SI ſtudiorum profectus à tyrociniis feliciter poſitis repetendi ſint, & officiorum finis is eſſe debeat unde beneficia omnia originem ducunt, non alio patrocinio uti poteſt Zoſimus quàm quo Vos me ſemper excepiſtis, nec auſpicatiùs in lucem prodire quàm veſtro nomine illuſtratus. Siquidem dum Conſtantini tempora (de quibus Zoſimus inprimis agit) in memoriam revoco, videntur mihi celebratiſſima per illud ſeculum nomina in Vobis tandem revixiſſe, quorum alter *Euſebium* refert, dum in altero occurrit *Lactantius*; niſi quòd veſtra magis prædicanda ſit felicitas quibus is contigit princeps, qui, expenſo meritorum jure, ea vobis partitus eſt munia, quæ palam oſtentent utrumque bono publico natum fuiſſe. *Tantum quippe intereſſe debuit inter Carolum & Conſtantinum.*

Sinite itaque Viri Amp. ut, præterquam quòd ex æquo in commune conſulatis, inter illos egomet nomen

profitear quos Vobis arctiore nexu obstrictos tenetis; accipite novam hanc testandæ gratitudinis rationem, quæ nequit prioribus beneficiis aliquatenus paria facere nisi alia subinde efflagitando. Vobis enim se commendat Zosimus, & ejusdem mecum ambit patrocinii gloriam; vestrâ operâ factum se agnoscit ex Ethnico *Christianum*, & qui olim probris incesserat quicquid uspiam fuit religiosi, eodem Vos obsequio veneratur, quo

Rev^m. vest^m. humillimus Cultor

T. S.

Præfa-

Præfatio ad Lectorem.

CVm, demandatâ mihi aliunde provinciâ, Zosimum susceperim recensendum, non supervacaneum fore duxi si Lectorem paucis monerem quid in hoc opere præstiterit aliorum ante nos cura, quid demùm à nostrâ parte de novo accesserit quo commendatiùs posset in publicum prodire

Multo retrò annis H. Stephanus duos priores Zosimi libros Herodiano suo ad calcem adjiciendos curavit, sed cum Historicus noster in alieni duntaxat operis auctarium quoddam cederet qui suo satis poterat innotescere, expectandus erat aliquis qui formæ leviter adumbratæ supremam imponeret manum, nec in primis tantum lineis hæsisse contentus absolutum nobis, quatenus licebat, exhiberet archetypum.

Nec longo post intervallo Fr. Sylburgius Eutropii Metaphrasten, Xiphilinum, Herodianum, ac totum, qualem nunc præ manibus habes, Zosimum, unà omnes simul commissos in lucem edidit, ita ut opus illud in justum excresceret volumen, sed nonnisi iis sumptibus comparandum, qui negarent id publici juris factum esse, cujus usus intra paucos admodum se contineret. Mitto etiam præcipuam Sylburgii curam in eo positam fuisse, ut omnia exigeret ad ἀκρίβειαν grammaticalem, verborumque structuram & literarum apices diligentiùs pensitaret, rebus interim ipsis in medio jacentibus. Quod cum Sylburgius nimio comitatu Zosimum oneraſſet, ut frustra quis minoribus hospitiis illum excipiendum speraverit, alii contra effecere ut succinctus quidem emitteretur, cultu tamen adeò squalido ut mihi videantur parum intellexisse quantum interſit inter librum publicatum *&* expositum.

Nam dum hæc scribo, audio Zosimum, accurante Cellario, Cizæ excusum; quare incassum me hoc qualicunque labore defunctum arbitrabar, utpote qui in se nihil habere potuerit cum selectis variorum notis *conferendum. Attentius verò rem intuenti aliquis etiamnum visus est curæ nostræ locus supereſſe, atque eò sanè magis quòd, deminutis quæ olim annotaverat Sylburgius, omnia illic desideranda sint nisi quæ forsan omissa oportuerit.*

Cum

Cum itaque Zosimus noster nondum adeò omnibus numeris absolutus prodierit, quin alia usque addenda occurrerint, en tibi, Lector, instituti nostri rationem, ex quâ intelligere fas sit ecquid tibi ex usu futurum nostra etiam contulerit industria, cujus laudem nemo fortè mihi invidebit, utut cætera minus spei respondeant. Quippe dum Zosimum ad limam revoco, non leve mihi negotium faceſsit positus labor in evolvendis utriusque historiæ *Scriptoribus*, Ecclesiasticæ *nimirum &* Augustæ; *ut, institutâ comparatione, tantum Zosimo roboris accederet quantum peti posset ex publicis aliorum suffragiis; nec tamen suâ solius authoritate nos premeret sicubi malæ fidei meritò videretur arguendus. Ut verbo expediam,* Historico *suppetias tulimus,* Pagano *bellum indiximus. Hinc maculas diluimus Constantino inustas; neque enim ferendum erat in illius nomine labem aliquam inveterascere, qui aliorum malè admissus, siquid humanitus accidisset, suam solebat purpuram prætexere; nec oportuit* indefensum *prætereisse quo fides nostra primo gaudet inter principes* Defensore *ac* Patrono.

Geminus exinde nobis succrevit labor Zosimum *simul &* Constantinum *purgandi, ut &* Imperatori *reverentia, &* Historico *veritas constaret; qui, si vitæ institutum spectes, huic calumniandi licentiâ facile veniam impetrabit; sin historia elegantiam, certè laudem merebitur.*

PHO-

PHOTIUS PATRIARCHA

De ZOSIMO.

Ex edit. Hæschelii.

Ἀνεγνώσθη ἱστορικὸν λόγοις ἓξ Ζωσίμου Κόμητος ἀφφισκουσυνηγόρου. ἔστι τῷ θρησκείαν ἀσεβὴς, καὶ πολλάκις ἐν πολλοῖς ὑλακτῶν κατὰ τῶν εὐσεβῶν· σύντομος δὲ, καὶ τῇ φράσει εὐχρινὴς καὶ καθαρὸς· ἀλλὰ τῆς ἡδέος ἀπωκισμένος. ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας, ὡς ἄν τις εἴποι, ἀπὸ Αὐγούστου· ὑπερβέχει δὲ πάντας τοὺς μέχρι Διοκλητιανοῦ, ψιλὴν ὥσπερ τῶν ἀναξήσιν καὶ τὴν ἀλφαβητικὴν αὐτῶν ἀναγόμενος. ἀπὸ δὲ Διοκλητιανοῦ, πλατύτερον περὶ τῶν βασιλευσάντων διαλαμβάνει, ἐν βιβλίοις πέντε. τὸ γὰρ ἕκτον τοὺς μέχρι Διοκλητιανοῦ ἀπὸ Αὐγούστου ἀριθμεῖται, καὶ πληροῖ τὸ ἕκτον βιβλίον, ἐν ἐκείνοις ἀπαριζομένῳ τοῖς χρόνοις, ἐν οἷς Αλάριχος τὴν Ρώμην τὸ δεύτερον πολιορκῶν, καὶ τῶν ἐγκαθέτων ἀπορούντων, λύει τὴν πολιορκίαν, βασιλέα τότοις Ατταλον ἀναδείξας. εἶτα δὲ καὶ τῆς βασιλείας τοῦτον καθαιρούμενος διὰ τὸ μὴ δοκεῖν εὐαπόθετα τὰ τῆς ἐγκεχρισμένης αὐτῷ βασιλείας· πρὸς Ονώριον τὸν βασιλέα καὶ τὴν Ράβενναν διαπρέσβεται, ἐφ' ᾧ [2] πείσασθαι εἶπε. ἀλλ' [3] Ασπαντίς,

Ex versione Leunclavii.

LEctum est historicum opus, sex libris constans, Zosimi Comitis exadvocati Fisci. Religionem paganam sequitur, & in pluribus adversus pios sæpissime latrat. Brevis est, dictione perspicuus atque purus, nec suavitatis expers. Incipit historiam prope dixerim ab Augusto, & Principes omnes ad Diocletianum usque percurrit, nudam quasi designationem atque successionem eorum commemorans. Latius autem à Diocletiano, de potitis imperio, libris quinque tractat. Nam primus imperatores ab Augusto ad Diocletianum usque recenset. Libro autem sexto finem imponit, in iis desinenti temporibus, quibus Alarichus Romam iterum obsidens, civibus ad inopiam redactis, obsidionem solvit, eisque dixit imperatorem Attalum, quem deinde rursus abdicavit imperio, quod regnum sibi traditum adversus Honorium Augustum parum recte administrare videretur. [1] Sarus autem simultates adversus Alarichum exercens, cum tre-

1. Ad Honorium festinavit Ravennæ commorantem, pacis conciliandæ gratiâ, *Qua Leunclavius omisit, quòd locus hic illi desperatior videretur.*

2. Leg. πεισασθαι ἐιθε, atque ut aliquis saltem eliciatur sensus sic interpungendum est. [πρὸς Ονώριον τὸν βασιλεα καὶ τὴν Ράβενναν διαπρεσβεται, ἐφ' ᾧ πεισασθαι, ἐιθε.]

3. Rescrib. ex Zosimo [Σάρος] de quo fit mentio lib. 5.

centis,

centis, quibus præerat, Honorianis partibus adjunctus, & belli ſocietatem pollicitus, Alarichi rebus impedimentum objecit. Ac ſexti quidem hiſtoriæ libri finis hic eſt. dixerit autem aliquis, hunc non ſcripſiſſe hiſtoriam, ſed Eunapianam deſcripſiſſe, partim brevitate duntaxat ab altera differentem, partim quod Zoſimus non, ut ille, Stelichonem conviciis proſcindat. Cætera propemodum idem eſt in hiſtoria, præſertim in principum piorum criminationibus. Arbitror autem duas quoque hunc, ſicut & illum, editiones inſtituiſſe. Verum editionem hujus priorem ego non vidi. Conjicere tamen ex editionis, quam nos legimus, perſpicuitate licet, etiam alteram hunc, ſicut & Eunapium, publicaſſe. Magis hic planus eſt, & brevior, ut diximus, Eunapio, figuriſque non niſi raro utitur.

ρος, Γόθος καὶ αὐτὸς, διάφορος ὢν Αλαρείχῳ, ἔχων ἐφ' ἑαυτὸν ἄγχει πεντακοσίων, καὶ παρεσκευάς Ονωρίῳ, καὶ συμπολεμεῖν αὐτῷ κατ' Αλαρίχου ἀξιόων. ἐμποδὼν ἔστη. καὶ ἡ μὲν ἕκτη αὐτῷ ἱστορία ὧδε τελευτᾷ. εἴποι δ' ἄν τις, ὡς χαίρειν αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταχαίρειν τῷ Εὐναπίῳ, τῷ συντόμῳ μόνον ἀξιφέρευξ. καὶ ὅτι μὲν οὐχ, ὥσπερ ἐκεῖνος, ὕβρει καὶ ἔστος Στελιχωνα λοιδορεῖ. τὰ δ' ἄλλα κατ' ἰστορίαν χεδόν τι ὁ αὐτὸς καὶ μάλιστα ἐν τῇ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων ἀξιολαῖς. δοκεῖ δέ μοι καὶ ὅτος δύο ἐκδόσεις, ὥσπερ κἀκεῖνος, πεποιηκέναι· ἀλλὰ τότε μὲν τὴν πρώτην οὐκ εἶδον. ἐξ ὧν δή, ἣν ἀνέγνωμεν, ἡ ἐπέγραφε νέας ἐκδόσεως συμβαλεῖν ἔοικε, καὶ ἑτέραν αὐτὸν, ὥσπερ καὶ τὸν Εὐναπίου, ἐκδεδόναι. σαφὴς δὲ μᾶλλον ὅτος καὶ συντομώτερος, ὥσπερ ἔφημεν, Εὐναπίου· καὶ τῇ τροπαῖς, εἰ μὴ σπάνιον, ὡς χαρακτῆρι.

---

1. Includenda mihi videntur parentheſi hæc verba [ἡ ἐπέγραφε νέας ἐκδόσεως] loci quippe ſenſum non attigit Leunclavius, ſed ex ſuo alium affinxit. Ita vero cenſeo interpretandum. *Conjicere tamen ex editione quam nos legimus*, (eam Zoſimus titulo donavit novæ editionis) *licet, etiam alterum hunc*, &c.

ΖΟΣΙΜΟΥ

Κόμητος καὶ Ἀποφισκοσωηγόρου

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ

Βιβλίον Πρῶτον.

ZOSIMI

Comitis & Exadvocati Fiſci,

HISTORIÆ NOVÆ

Liber Primus.

ΠΟΛΥΒΙΩ μὲν Μεγαλοπολίτῃ μνήμην ἄξιον εἶναι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀξιόλογα τῆς ἔργων προσαγορεύω, καλῶς ἔχειν ἐφαίνη δι' αὐτῆς ὑποδείξαι τῆς προαιρέσεως, ὅπως οἱ Ρωμαῖοι μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἑξακοσίοις ἔτεσι τοῖς πλησιόχοις πολεμήσαντες, μεγάλων ἀρχῶν καὶ ἐκράτησαν· μέρος δέ τι τῆς Ἰταλίας ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, καὶ τότε μετὰ ταῦτα Ἀννίβα διάβασιν, καὶ τὴν ἐν Κάννῃσι μάχην, ἐκπεπλωκότες, αὐτοῖς ὑπὸ τοῖς τείχεσι τοὺς πολεμίους ὁρῶντες ὑπερφυοῦς, εἰς τοσοῦτον μέγεθος εὐτυχίας, ὥστε ὀλίγοις δεῖσι καὶ πεντήκοντα ἔτεσι μὴ μόνον Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ Λιβύην καταστήσασθαι πᾶσαν, ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἴβηρας ὑφ' ἑαυτοὺς κατα-

POLYBIUS ille Megalopolitanus, res ſui temporis indicatione dignas memoriæ proditurus, recte ſe facturum exiſtimavit ſi per ipſas res geſtas oſtenderet, Romanos poſt urbem conditam, ſexcentis annis bella cum finitimis gerendo, magnum imperium ſibi non paraſſe. Verum ubi parte quadam Italiæ potiti eſſent, eaque poſt Hannibalis in illam tranſitum, & cladem Cannenſem excidiſſent, ac mœnibus ipſis hoſtes imminentes conſpicerent: tantam ad fortunæ magnitudinem evecti ſunt, ut vix totis quinquaginta & tribus annis, non Italiam modo, ſed univerſam quoque Africam adquiſiverint, & Hiſpanos in

ditionem acceperint: quumque majora peterent, ſinum Ionium tranſierunt, Græcos ſuperarunt, imperio Macedonas abdicarunt, regem illorum denique vivum in poteſtatem redactum, Romam abduxerunt. Quarum ſane rerum cauſſam nemo ad vires humanas retulerit, ſed potius ad neceſſitatem fatalem, vel ſidereorum motuum revolutiones, vel ipſius Dei voluntatem, faventem iis quæ, quum juſta cauſa ſubeſt, pro viribus ſuſcipiuntur. Hæc enim, quum ſeriem quandam futuris ſtatuant, efficientem ut ita evenire videantur, opinionem recte res exiſtimantibus indunt, divina quadam providentia rerum humanarum adminiſtrationem ſic deſcriptam eſſe, ut fertili quadam animorum veluti ſegete proveniente vigeant; eorundem invaleſcente ſterilitate, ad illam faciem vergant quæ modo conſpicitur.

Erit autem id, quod dico, rebus ipſis declarandum. Poſt expeditionem Trojanam ad pugnam uſque Marathoniam, nihil prædicatione dignum Græci geſſiſſe, vel adverſus ſeipſos, vel alium quemquam videntur. At quum Darius eos, opera præfectorum, infinitis cum copiis invaſiſſet, octies

σαι. ἐπεὶ ὅ τ' πλείονος ἐφιέμενοι, τὸν Ἰόνιον ἐπεραιώθησαν κόλπον, Ἑλλήνων τε ἐκράτησαν, καὶ [1] Μακεδόνας παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς· αὐτόν τε ὃς τελευταῖος τούτων ἐβασίλευε, ζωγρίᾳ ἑλόντες εἰς τὴν Ῥώμην ἀπήγαγον. ἀφ' ὧν τοίνυν μὴ ἐκ ἄν τις ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ αἰτιάσαιτο μοιρῶν δὲ ἀνάγκην, ἢ ἀστέρων κινήσεων ἀποκαταστάσεις, ἢ θεῶν βούλησιν τοῖς ἐφ' ἡμῖν [2] μὴ τὸ δίκαιον ἀκόλουθον ὄσαν. ταῦτα γὰρ εἱρμόν τινα αἴτιον τοῖς ἐσομένοις εἰς τὸ τοιῶσδε δοκεῖν συμβαίνειν ὑπιδέντα, δόξαν τοῖς ὀρθῶς τὰ πράγματα κρίνουσιν ἐμποιεῖ, τῇ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ὑπαγεσθαι διοίκησιν, ὥστε διαφορίας συνιούσης ψυχῶν διδυνεῖν, ἀφορίας δὲ ὑποκαζούσης, ἐς τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα καθεστάναι.

Χρὴ ὅ ὅτι τῶν πραγμάτων ὃ λέγω ἀσφαλῶσαι. Μετὰ τὴν ἐν Τροίᾳ στρατείαν ἄχει τὸ ἐν [3] Μαραθῶνι μάχης ἐλλόγιμον οὐδὲν οἳ Ἕλληνες φαίνονται πεπραχότες, οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς, οὔτε πρὸς ἕτερον· Δαρείου δὲ αὐτοῖς διὰ τῶν ὑπάρχων πολλαῖς μυριάσιν ἐπιστρατεύσαντος, Ἀθηναίων [4] ὀκτα-

1. Quod ſub Perſeo contigit de quo triumphavit P. Æmilius.
2. Stephanus leg. cenſet κατὰ.
3. Cujus belli dux erat Miltiades, adverſus Datim Darii præfectum.
4. Decem millia, *inquit Juſtinus*, nec tamen hoc computo inclusis auxiliaribus Platæenſibus mille.

χιλί-

χιλίοι θείᾳ πνὶ ἔκπῃ ὑρμώμενοι καὶ τοχοι, τοῖς βαρβαροχοῦσιν ἐξοπλισάμενοι, καὶ ὑπαντήσαντες δρόμῳ, τοσοῦτον ἐκράτησαν, ὥστε ἐννέα μὲ ἀνδρῶν μυριάδας, τοὺς δὲ λειπομένους ἀποδιῶξαι τ χώρας. αὕτη πεποίηκεν ἡ μάχη περιφανέστερα τὴ Ἑλλήνων τὰ πράγματα. Ξέρξ ὃ μὲ πρὸ Δαρείς τελευτῆ πολλῷ μείζονι βαρβαρικῷ δυνάμι, καὶ πᾶσαν τοῖς Ἕλλησι τὴ Ἀσίαν ἐπαγαγόν, πληρώσαντός τε τὴ μὲ θαλάτης νεῶν, πεζῶν δὲ τὴ γῆ, ἐπὶ δὴ ἀφικέσθαίνιν ἀπὸ τ Ἀσίας ἐπὶ τὴ Εὐρώπην ἐχομῶ, ὡς δὲ ἀφικέντων αὐτῷ τῆ στοιχείων εἰς Ἑλλήσποντ τὰ γεφύρματα, εἰ μὴ καὶ τὰς ἠπείρων ὑφαρπάσαιεν χρείας, ἐζεύγνυτο μὲ ὁ Ἑλλήσποντ, πάροδον διδὺς τοῖς πεζῇ ἀφικέσθαιν, ὠρύπετο ὃ ὁ Ἄθως, ἅμα τῇ θαλάτῃ καὶ τὰς ναῦς εἰσδεχόμενο. ἐκπεπληγμένη ὃ καὶ τρὸς αὐτὴν τ ἀκολὴν ἡ Ἑλλάς, ἐκ τῆ ὄντων ὅμως παρεσκεύάζελο. ναυμαχίας τε ἐν Ἀρτεμισίῳ, καὶ πάλιν ἐν [1] Σαλαμῖνι γενομένης, τοσότῳ λαμπροτέρᾳ τ πρωτέρας ἐχρήσαλο νίκῃ, ὥστε Ξέρξην μὴ ἀγαπητῶς φεισοδέντα φυγεῖν, τὸ πλεῖσον τ δυνάμεως ἀποβαλόντα, τὺς ὃ φειλελειμμένους ἐν Πλαταιαῖς [2] ἄρδην ἀπολομένους μεγάλην τοῖς Ἕλλησι δόξαν καλιπεῖν, δι' ἣς καὶ τὺς τὴ Ἀσίαν

mille Athenienſes divino quodam impetu animati, & armis cuique obviis inſtructi, curſu contenderunt in hoſtem: tantaque victoria potiti ſunt, ut nonaginta millibus interfectis, regione ſua reliquos expellèrent. Hæc pugna Græcorum res illuſtriores reddidit. Quum vero poſt Darii mortem Xerxes multo majoribus copiis inſtructus, univerſam Græcis invexiſſet Aſiam, & navibus mare, terram peditibus compleſſet, quandoquidem ex Aſia tranſeundum erat in Europam, quaſi ſi non ipſa ſufficerent ad excipiendum exercitum elementa, niſi ſuos invicem uſus ſibi præriperent: Helleſpontus jungebatur, ut per eum pedites iter facerent, & Athos perfodiebatur, ut cum mari naves exciperet. Interim territa vel ipſa rei fama Græcia, tamen quantum poterat ſemet armabat. Quumque prælio navali ad Artemiſium, & iterum ad Salaminem pugnatum eſſet, tanto ſplendidiore potita eſt victoria quam prior illa fuerat, ut Xerxes cupide ſervatus fuga ſibi conſuleret, maxima parte copiarum amiſſa, reliqui funditus ad Plateas interfecti, magnam Græcis gloriam relinque-

1. Sub auſpiciis Themiſtoclis.
2. Pauſaniæ & Ariſtidis, fuſo Mardonio ſatrapa regio.

rent: qua & incolentibus Aſiam Græcis libertatem reſtituerunt, & inſulis propemodum univerſis potiti ſunt.

Enimvero ſi perpetuo conjuncti fuiſſent, ac præſente fortuna contenti, nec Athenienſes ac Lacedæmonii diſceſſionem à ſe invicem feciſſent, contendentes inter ſe, utri Græcorum duces forent: nunquam alios dominos Græcia fuiſſet experta. Sed quum bellum Peloponneſiacum vires Græcorum deminuiſſet, oppidaque redegiſſet ad egeſtatem; apertæ ſunt fores Philippo regnum, quod nulli vicinorum par viribus, per ſucceſſionem adeptus erat, artibus quibuſdam & aſtutis conſiliis amplificandi. Nam pecuniis ſuas & ſociorum, quotquot ſe cum eo conjungebant, copias demulcens, eoque modo magnus ex parvo factus, cum Athenienſibus ad Chæroncam manus conſeruit. Poſt hanc victoriam quum in omnes ſe manſuetum mitemque præbuiſſet, jam regnum Perſicum adgredi cogitabat: & idoneis ad eam rem coactis copiis, in ipſo apparatu vitam reliquit.

Alexander, inito regno, ſtatimque rebus in Græcia conſtitutis, tertio poſtquam imperare cœpiſſet anno, ſat magno cum exercitu in Aſiam tranſjecit. Quumque ſatrapas obje-

οἰκουῦτας Ἕλληνας ἠλευθέρωσαν, καὶ χεδὸν πασῶν τῆς νήσων ἐκράτησαν.

Εἰ μὲν ἦν ἐφ' ἑαυτῆς διεπέλεις ὄντες, καὶ τοῖς παροῦσιν ἀρκούμενοι, καὶ μὴ διέσης Ἀθηναῖοί τε καὶ Λακεδαιμόνιοι, περὶ τῆς Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀλλήλοις φιλονικοῦντες, καὶ αὖ ἕτεροι ποτὲ τῆ Ἑλλάδι ἐπῆλθον κύριοι. Τῷ γὰρ Πελοποννησιακοῦ πολέμῳ τὰς δυνάμεις τοῖς Ἕλλησιν ἐλαττώσαντι, περισπάσαντός τε εἰς χρημάτων ἔνδειαν τὰς πόλεις, γέγονε χώρα Φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ, ὃν διεδέξατο, πρὸς ἕνα τῆς πλησιοχώρων ἀξιόμαχον ὄσαν, τέχναις τισὶ καὶ πειναίαις αὐξῆσαι. χρήμασι γὰρ τὰς ὄσας αὐτῷ δυνάμεις καὶ τῆς συμμάχων ὅσοι προσεγίνοντο θεραπεύων, ὕτω τε μέγας ἐκ μικρᾶς γεγονὼς, τῇ ἐν Χαιρωνείᾳ πρὸς Ἀθηναίους διηγωνίσατο πόλεμον. πᾶσι δὲ μὴ τῷ νίκην χαρίσασθαι καὶ ἡπίως προσενεχθεὶς, ἤδη καὶ τῆ Περσῶν ἐπιθέσθαι βασιλείᾳ διενοεῖτο· δυνάμεί τε καὶ ἀξιόχρεων πρὸς τοῦτο συναγαγὼν, ἐν Μακεδονίᾳ τὸν βίον ἀπέλιπεν.

Ἀλέξανδρος δὲ Φιλίππου τῷ βασιλείαν, καὶ Φιλίππου τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας διαθεὶς, τείτῳ τῆ βασιλείας ἔτει μετὰ δυνάμεως ἀρκούσης ὅτι τῷ Ἀσίαν ἐστέλλετο. ῥᾳδίως δὲ

---

1. Quod per annos viginti ſeptem geſtum eſt, Spartanis Græciæ libertatem ab Athenienſibus violatam prætexentibus, Athenienſes contra inſtigante ad bellum Pericle.

τῶν

τὰς αὐτίπαντας αὐτῷ σατραπείας γενικήσας, ἐπ' αὐτὸν τρέπει Δαρεῖον, ἀναιθμήτῳ στρατῷ τὰς ἐν Ισσῷ τόπους κατειληφότα. συμπεσὼν δὲ τοῖς Πέρσαις εἰς χεῖρας, καὶ τὸ πάσης ἐπέκεινα πίστεως τρόπαιον στήσας, Δαρεῖον μὲν ἔτρεψεν εἰς φυγὴν, αὐτὸς δὲ τὰ ὀπὶ Φοινίκην καὶ Συρίαν τὴν Παλαιστίνην [1] ὁδὸν. τὰ μὲν ἓν ἐν Τύρῳ καὶ Γάζῃ πραχθέντα μαθεῖν ἔνεστιν ἐξ ὧν οἱ τὰ περὶ Αλεξάνδρου γράψαντες ἱστορήκασιν. αὐτὸς δὲ παρελθὼν ὀπὶ τὴν Αἴγυπτον, τῷ τε Αμμωνι προσευξάμενος, καὶ τὰ περὶ τὴν Αλεξανδρείας οἰκισμὸν ἧ μάλα διοικισάμενος, ἐπανῆει τὰ λειπόμενα τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου πληρώσων. πάντας δὲ φιλίως εὑρὼν, ὀπὶ τὴν μέσην διέβη τῆς ποταμίας· καὶ πυθόμενος Δαρεῖον μείζονι πολλῷ στρατῷ παρεσκευάσθαι, μὴ τὸ ἴσον αὐτῷ δυνάμεως ὡς εἶχεν ὁρμήσας, καὶ τὴν μάχην εἰς Αρβηλα πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὥστε πάντας μὲν σχεδὸν ἀνῃρῆσθαι, Δαρεῖον δὲ σὺν ὀλίγοις φυγόντα, τὴν ἀρχὴν καταλῦσαι Περσῶν.

Ἐπεὶ δὲ Δαρεῖον μὲν Βῆσος ἀνεῖλεν, Αλέξανδρος δὲ μὲν τὰς ἐν Ινδοῖς πράξεις ἐπανελθὼν εἰς Βαβυλῶνα τὸν βίον μετέστη, τότε δὴ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς εἰς σατραπείας

ctos sibi nullo negotio viciſſet, ipſummet Darium petebat, qui cum exercitu innumerabili ad Iſſum ſita loca præceperat. Ibi conſerta cum Perſis manu, & excitato fidem omnem ſuperante tropæo, Darium terga dare coegit: ipſe Phœnicen Syriamque Palæſtinam verſus itinere directo contendit. Ad Tyrum quidem Gazamque geſta licet ex iis cognoſcere quæ rerum ab Alexandro geſtarum ſcriptores memoriæ prodiderunt. Progreſſus autem in Ægyptum, quum Ammoni ſupplicaſſet, & ad condendam Alexandriam neceſſaria præclare conſtituiſſet; reverſus eſt ut reliquias belli Perſici conficeret. Quumque reperiſſet omnes amico in ſe animo, ad Meſopotamiam tranſiit, & intellecto Darium multo majori exercitu inſtructum eſſe, cum iis quas tum ſecum habebat copiis profectus, initoque ad Arbelam adverſus eum prælio, uſqueadeo ſuperior exſtitit, ut omnes propemodum ad internecionem deleret, ac Dario fuga cum paucis elapſo, Perſarum imperium everteret.

Inde ubi Darium necaſſet Bęſus, & Alexander poſt res apud Indos geſtas Babylonem reverſus, vitam cum morte commutaſſet: tum vero in ſatrapias di-

1. Deſideratur verbum aliquod gen. [ὁδὸν] conjungendum, puta [εἶχε] ſecundum Steph. conjecturam.

viſo

viſo Macedonum imperio, continuiſque bellis inteſtinis deminuto, fortuna Romanis Europæ reliquias ſubdidit: qui tranſmiſſis in Aſiam copiis, & geſtis adverſus Ponti reges, & Antiochum, & Ægypti tandem principes, bellis, quam quidem diu ſenatus autoritas viguit, ſemper imperio ſingulos in annos aliquid adjiciebant, conſulibus invicem ſe fortibus factis ſuperare contendentibus: at ubi bella civilia Sullæ ac Marii, poſteaque Julii Cæſaris & Pompeii Magni rempublicam eis perdidiſſent: optimatum imperio relicto, dictatorem Octavianum deligebant, & adminiſtratione tota ipſius arbitrio permiſſa, non animadvertebant, aleam ſe de univerſorum hominum ſpebus jeciſſe, uniuſque viri libidini ac poteſtati periculum tanti imperii credidiſſe. Nam ſive recte ac juſte cum imperio præeſſe mallet, non ſuffecturus erat ad ſatisfaciendum omnibus ex officio, longiſſimo forte ſpatio remotis, quibus expedite ſuccurrere non poſſet; nec ad inveniendum tot magiſtratus, quos judicio de ſe facto non reſpondere puderet, nec alioquin ad congruendum tot morum diverſitatibus: ſive fines regni violans, ad tyrannidem deflexiſſet, officia magiſtratuum conturbans, delicta negligens, pecunia venale jus habens, ſubditos ſervorum loco ducens (quales ex imperatoribus complu-

ἀφαιρεθείσης, ὅτε ἡ τοῖς πρὸς ἀλλήλους συνεχέσι πολέμοις ἐλαττωθείσης· ἡ τύχη Ρωμαίοις τὰ λείποντα τῆς Εὐρώπης πεποίηκεν ὑποχείρια. καὶ ἀφικόμενοι εἰς τὴν Ασίαν, καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῷ Πόντῳ βασιλεῖς καὶ πρὸς Αντίοχον πολεμήσαντες, ὕστερον δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ δυνάστας, ἕως μὲν ὅτε τὰ τῆς ἀριστοκρατίας ἐφυλάττετο, περιθέοντες ἔτος ἐπ' ἔτος τῇ ἀρχῇ διετέλουν, τῶν ὑπάτων ὑπερβαλλέσθαι ταῖς ἀρεταῖς ἀλλήλους φιλονεικούντων. ἐπὶ δὲ ἐμφυλίων πολέμων Σύλλα τε καὶ Μαρίου, καὶ μετὰ ταῦτα Ιουλίου Καίσαρος καὶ Πομπηίου Μάγνου διαφθαράντων αὐτοῖς τὸ πολίτευμα, τῆς ἀριστοκρατίας ἀφέμενοι, μοναρχον Οκταβιανὸν εἵλοντο, καὶ τῇ τότε γνώμῃ πᾶσαν διοίκησιν ὑπερβέψαντες, ἔλαθον ἑαυτοὺς κύβον ἀναρρίψαντες ὑπὲρ τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐλπίσι, καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ὁρμῇ τε καὶ ἐξουσίᾳ τοσαύτης ἀρχῆς καταπιστεύσαντες κινδύνων. εἴτε γὰρ ὀρθῶς καὶ δικαίως ἔλοιτο μεταχειρίσασθαι τὴν ἀρχὴν, καὶ αὐ ἀρκέσοι πᾶσι καθ' ὃ δέον προσενεχθῆναι, τοῖς πορρωτάτω που ἀφωρισμένοις ἐπικυρῆσαι μὴ δυνάμενος ἐξ ἑτοίμου· ἀλλ' ὅτε ἄρχοντας τοσούτους εὑρεῖν, οἳ σφᾶλαι τε ἐπ' αὐτοῖς καὶ αἰσχυνθήσονται ψῆφον, ὅτε δικαίως ἐδῶν τοσούτων ἁρμόσαι διαφοράς· εἴτε διαφθείρων τὴν βασιλείας τὰς ὅρους, εἰς τυραννίδα ἐξενεχθεὶς, συνταράττων μὲν τὰς ἀρχὰς, πορισμῶν δὲ τοὺς πλημμελήματα, χρημάτων δὲ τὸ δίκαιον

χρεον

χαιον ἀμαπθυμθ, οἰκέτας δὲ τὸς ἀρχομθνους ἡγεμθ· (ὁποῖοι τὸ αὐτοκρατόρων οἱ πλέυς, μᾶλλον δὲ πάντες χεδόν, πλὴν ὀλίγων, γεγόνασι.) τότε δὴ πᾶσα ἀναίσχυντος κοινὸν ἔπ) δυσύχημα ἡ τᾶ κρατθντ) ἄλογον ἐξυσίαν. οἵτε γὸ κόλακες, παρὰ τύτυ δωρεῶν κὴ πμῆς ἀξιύμθνοι, τ μεγίστων ἀρχῶν ὀπιδαίνυσιν, οἵτε ὀπιεικεῖς κὴ ἀπεράμονες μὴ τ αὐτὸν ἐκείνοις αἱρύμθνοι βίον, εἰκότως χετλιάζυσιν, ἃ τ αὐτὸ ὑπολαύοντες. ὥστε ἐκ τύτυ τὰς μὲ πόλεις στάσεων πληρᾶδαι κὴ ταραχῶν, τὰ δὲ πολιτικὰ κὴ στρατιωτικὰ κέρδυς ἥπτοσιν ἄρχυσιν ἐκδιδόμθνα, κὴ τ ἐν εἰρήνη βίον λυπρὸν κὴ ἐδωνρὸν τοῖς χρεκτέροις ποιεῖν, κὴ τ στρατιωτ) ἡ ἐν τοῖς πολέμοις προθυμίαν ἐκλύειν.

Καὶ ὅτι ταῦτα τᾶτον ἔχ) τὸν τρόπον, αὐτὴ σαφῶς ἔδ)ξε τ ἐκβεβηκότων ἡ πεῖρα, κὴ τὰ εὐδὺς συμπεσόντα χρ) ἡ Ὀκταβιανᾶ βασιλείαν. ἥτε γὸ παντόμιμ) ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, ὅπω πρότερον ὖσα, Πυλάδυ κὴ Βαθύλλυ πρῶτον αὐτοῖ μετελθόντων· κὴ προσέτι γε ἕτερα, πολλῶν αἴτια γεγονότα μέχει τᾶδε κακῶν. Ὀκταβιανᾶ δὲ ὅμως δοξαν) μετρίως μεταχειρίζεδαι τὴ ἀρχὴν, ἐξ ἧ μάλιστα τοῖς Ἀθηνοδώρυ τᾶ Στωϊκᾶ συμβελαῖς ἐπείθη, Τιβέρι) ὁ φθὸ τύτυ ἀποδεξάμθν) ἡ ἀρχὴν, εἰς [1] ἑκάτερα ὠμότη-

res, vel plerique potius omnes, paucis exceptis, fuere) tum ſcilicet neceſſario conſequuturum erat, ut bruta poteſtas ejus qui rerum potiretur, calamitas publica foret. Nam adſentatores à tali muneribus & honoribus adfecti, maximos ad magiſtratus conſcendunt, & modeſti atque placidi, qui vitam iſtorum vitæ conſimilem non amant, haud abs re moleſte ferunt iiſdem ſe non frui. Quo fit ut oppida ſeditionibus ac turbis compleantur, & civilia militariaque munera magiſtratibus lucri avidis conceſſa, cum togatam vitam hominibus paullo elegantioribus inſuavem acerbamque reddant, tum militum in bellis alacritatem labefactent.

Quæ quidem ſic eſſe comparata, ipſamet eventorum experientia perſpicue docuit, & ea quæ ſub imperio ſtatim Octaviani acciderunt. Nam & pantomimorum ſaltatio, prius incognita, temporibus iis in uſu eſſe cœpit, Pylade ac Bathyllo primis ejus autoribus: & præterea quædam alia, quæ multis huc uſque malis cauſam præbuerunt. Sed tamen Octaviano imperium moderate gerere viſo, præſertim ex quo Athenodori Stoici conſiliis paruit, Tiberius, qui ab eo ſucceſſionem in imperio conſequutus fuerat, quum extremam ad crudelitatem deflexiſſet, ac

1. Leg. vel εἰς ἑκάτερα ὠμότητα, vel ἑκάτερ ὠμότης.

ſub-

ſubditis viſus eſſet intolerabilis, ejectus, & in inſula quadam abditus, vivendi finem fecit. Caius autem Caligula cunctis hunc flagitiis ſuperans, interfectus eſt, Chærea tali facinore rempublicam à tyrannide peracerba vindicante. Poſt ubi Claudius res ſuas eunuchis libertinis permiſiſſet, ac fœde vita deceſſiſſet; Nero cum aliis, eum ſequutis, ad rerum illud faſtigium pervenit. De quibus equidem nihil omnino commemorandum arbitratus ſum, ne memoria diſſolutorum & monſtroſorum facinorum, ab eis perpetratorum, exſtet. Veſpaſianus & Titus ejus filius, quum imperium moderatius adminiſtraſſent; Domitianus crudelitate, luxuria, & avaritia cunctis ſuperior, republica per totos quindecim annos devaſtata, trucidatus à Stephano liberto, pœnas improbitatis luere vilus eſt.

τος ἐκβαπὶς, ἀφόρητος ἦ δόξας εἶναι τοῖς ὑπηκόοις, ἀπεδιώκετο, καὶ ἔν τινι νήσῳ κρυπτόμενος ἐτελεύτησε. Γάϊος δὲ Καῖσαρ πᾶσι τοῖς ἀτοπήμασι τοῦτον ὑπερβαλόμενος ἀνῃρέθη, Χαιρέου διὰ τοιούτου τολμήματος ἐλευθερώσαντος πικρᾶς τὸ πολίτευμα τυραννίδος. Κλαυδίου δὲ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀνέκχυσις ἀπελευθέροις ἐκδόντος, καὶ μετ' αἰσχύνης ἀπαλλαγέντος, Νέρων τε καὶ οἱ μετ' αὐτὸν εἰς μοναρχίαν παρῆσαν. ὥστε ὧν ἔκεινα μηδὲν παντάπασι δίκαιον εἶναι, ὡς ἂν μηδὲ ἐπ' ἐπιμελέσι καὶ ὠφελίμοις ἀνδράσιν ἀναγράψεως αὐτῶν καταλείποιτο μνήμη. Οὐεσπασιανὸς δὲ καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ Τίτος τῇ ἀρχῇ μετειώτερον χρησάμενοι, Δομετιανὸς ὠμότητι καὶ ἀσωτείᾳ καὶ πλεονεξίᾳ πάντας ὑστεράσας, καὶ πεντακαίδεκα τὰς πάντας ἐνιαυτὰς τῇ πολιτεύματι λυμηνάμενος, ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Στεφάνου τοῦ ἀπελευθέρου ἐνὸς, ἔδοξε δίκας τῆς πονηρίας ἐκτίνειν.

Ab hoc tempore viri boni principatum adepti, Nerva, Traianus, & poſt eum Adrianus, & Antoninus pius, & par illud fratrum, Verus atque Lucius, multa vitiata correxerunt; neque tantum ea quæ ſuperioris memoriæ principes amiſerant, recuperarunt: ſed etiam

Ἐντεῦθεν ἄνδρες ἀγαθοὶ τὴν ἡγεμονίαν παραλαβόντες, Νερούας τε καὶ Τραϊανὸς, καὶ μετὰ τοῦτον Ἀδριανὸς, ὅ, τε εὐσεβὴς Ἀντωνῖνος, καὶ ἡ τῶν ἀδελφῶν σωφρὼν Βῆρος καὶ Λούκιος, πολλὰ τῶν λελωβημένων ἠξίωσαν διορθώσεως· καὶ ἃ μόνον οὐκ ἦν ἀπολωλεκότες οἱ πρὸ αὐτῶν

1. Abit à Suetonio hic loci Zoſimus, qui lib. 3. c. 40. de Tiberio hæc. *Capreas ſe contulit, præcipue delectatus inſula* [nullam vides de vi illata factam mentionem] *ſtatimque*, pergit, *revocante aſſidua obteſtatione, populo* &c. quod quidem illos facturos vix credibile eſt, ſi per vim antea expuliſſent.

ἀνέκτη-

αὐτοκτόνησεν, οὐδὲ καί τινα τῶν ἐπὶ ὄντων προσποιησάμενος. Κομμόδου δὲ τοῦ Μάρκου παιδὸς τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, καὶ οὐ τυραννίδι μόνον οὐδὲ καὶ ἀφέξεσιν ἑαυτὸν οὐδοκότοις ἐκδόντος, εἶτα ὑπὸ Μαρκίας τῆς παλλακῆς, φρόνημα ἀνδρεῖον ἀνδρομένης, ἀναιρεθέντος, Πρτίναξ ἄρχειν ἤρξατο. τῶν δὲ περὶ τὸν αὐλὸν στρατιωτῶν καὶ ἐνεστώτων αὐτοῖς πρὸ πρὸς τὸ στρατοπεδικὸν ἄσκησίν τε καὶ ἐπιτήμων ἀκείσθαι, οὐδὲ ὅσα τὸ καθῆκον αὐτὸν ἀνδρόντων, [1] μικρῶ μὲν ἢ Ῥώμη συνεταράχθη, τῶν περὶ τὴν φυλακὴν τῶν βασιλείων τελαμῶνα στρατοπεδικῶν πρὸ τῆς καταστῆσαι μόναρχον ὑφαρπάσαντος ἐξουσίαν, παρελομένους τε βίᾳ πρὸ γερουσίαν ταύτης τε κρίσεως. ὠνίᾳ δ' τῆς ἀρχῆς προτεθείσης, Δίδιος Ἰουλιανὸς ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἐπαρθείς, αὐοίᾳ μᾶλλον ἢ γνώμῃ φρενήρει χρήματα προσείναις ὠνεῖται πρὸ βασιλείαν, θέαμα δὴς ἰδεῖν ἅπασιν, οἷς ὅπω πρότερον ἐθεάσαντο. εἰσηγέλο γὸ εἰς τὰ βασίλεια μήτε γερουσίας ἡγεμόνης, μήτε δήμης ἐννόμου δορυφορείας, μόνον δὲ τῶν καταστησάντων αὐτὸν εἰς τοῦτο στρατοπέδου σὺν βίᾳ φερόντων αὐτῷ τὰ βασίλεια καὶ τῶν ἐν τούτοις πᾶς ὑποσκελίν. ἀλλ' οὖν μὲν ἅμα τῆ ἀνεχέθη, καὶ παρ' αὐτῶν [2] διαφθαρεὶς πρὸ εἰς τοῦτο παραγαγόντων αὐ-

non poſſeſſa prius quædam adjecerunt. Commodo autem, Marci filio, regnum conſequuto, nec tyrannidi tantum ſed & prodigioſis flagitiis dedito, poſteaque necato à Marcia concubina, quæ virilem animum ſumſerat, ſucceſſor in imperio Pertinax datus eſt. At quum prætoriani milites hujus in exercitatione diſciplinaque militari ſeveritatem non ferrent, hominemque præter officium occidiſſent: parum abfuit à rerum conturbatione Roma, dum prætorii cuſtodiæ deſtinati milites unius rerum domini conſtituendi poteſtatem ad ſe raperent, idque judicium ſenatui per vim extorquerent. Quumque ceu venale proſcriptum eſſet imperium, Didius Julianus uxoris inſtinctu elatus, ſtoliditate potius quam ſapiente conſilio, data pecunia regnum mercatur, ejuſmodi ſpectaculum cunctis exhibens, quale nunquam prius conſpexerant. Nam ad prætorium deducebatur, nec ſenatu præeunte, nec alio legitimo ſatellitio: ſed iis duntaxat militibus, qui eum hoc in honore conſtituerant, per vim palatium illi cum omni ejus penu tradentibus. Sed hic pariter & adpellatus, & ab iiſdem ſublatus è medio qui eum huc provexerant, non ſecus at-

1. Crediderim potius legendum [μικρῶ δεῖν] quod expreſſit & Interpres.
2. Sylburg. [διεφθαρεῖν] quod conſentaneum videtur verbis proxime ſubſequentibus propter aliud participium [διαγγελὼς.]

que visa somniorum, perpusillo tempore superstes fuit.

Senatu vero ad deliberationem, cui tradendum esset imperium, rursus adhibito, Severus imperator designatus fuit. At quum idem imperium Albinus atque Niger invasissent, orta sunt inter eos bella civilia non exigua, dissidentibus à se invicem civitatibus, quarum illæ ad hujus, ad illius aliæ partes transibant. Quumque non parva perturbatio per orientem & Ægyptum concitata foret, ac Byzantii, qui Nigri causam fovebant, eumque susceperant, extremum periculum adiissent; interfecto Nigro, Severi pars victrix exstitit: & post eum Albino quoque tam imperio, quam vita functo, solum ad Severum principatus rediit. Quapropter ad eorum, quæ dissolute gesta fuerant, emendationem se convertit: & ante omnia de militibus, qui Pertinacem necaverant, & Juliano tradiderant imperium, acerba supplicia sumsit. Deinde re militari naviter constituta, Persas adgressus, uno impetu Ctesiphontem Babylonemque cepit, Arabes ab usu tentoriorum Scenitas dictos percurrit, Arabiam universam in potestatem redegit, aliaque complura fortiter gessit. Et erat erga delinquentes inexorabilis, eorumque bona qui flagitiorum rei peragebantur, publicabat.

τὸν, τ' ἐν τοῖς ὀνείροις φαντασιῶν ἐδὲν ἀμοιότερον ἀφαγεγονώς.

Τῆς ὴ γερουσίας εἰς τὸ ἀφεσκοπῆσαι τίνι δέοι παραδῶναι τὴν ἀρχὴν ἀναλαβομένης, Σεβῆρος ἀνεδείκνυτο βασιλεύς. παρελθόντων δὲ εἰς τ' αὐτὴν ἀρχὴν Αλβίνε κὴ Νίγρε, [1] πόλεμοι συνέστησ αὐτοῖς καὶ ὀλίγοι πρὸς ἀλλήλες ἐμφύλιοι. Καὶ πόλεις διέστησαν, αἱ μὲν πρὸς τὸν δὲ προσθέμεναι. παραχῆς ὴ καὶ ὀλίγης κτ' τ' ἑῴαν κὴ τ' Αἴγυπτον κινηθείσης, Βυζάντιοι τ, ὡς τὰ Νίγρε φρονήσαντα, κὴ ὑποδεξάμενοι αὐτὸν, εἰς ἔσχατον ἐλθόντων κινδύνε· κρατεῖ μὲν ὁ Σεβῆρος μετεὶς, ἀναιρεθέντ Νίγρε· κὴ μετὰ τοῦτον Αλβίνε μετὰ τ' ἀρχῆς κὴ τ' βίον ἀπολιπόντος, εἰς μόνον Σεβῆρον τὰ τ' ἡγεμονίας περιέστατο. πρέπειν τοίνυν ὅτι τ' πρὸ ἐκμελῶς πεπραγμένων διορθώσειν, κὴ πρόγε ἁπάντων τοῖς στρατιώτας τοῖς αὐτελῶσι Περτίνακα, κὴ Ιυλιανῷ παραδῶσι τὴν βασιλείαν πικρῶς ἐπεξῆλθεν. ἔπειτα ἀφοβήσ ὁπωμέλῶς τὰ στρατόπεδα, Πέρσας μὲν ἐπῆλθεν, ἐφόδῳ μιᾷ Κτησιφῶντα εἶλε κὴ Βαβυλῶνα. ἀφῆρε μὲν δὲ τὸς Σκηνίτας Αραβας, καὶ πᾶσαν Αραβίαν καθυπέταξε, ἄλλα τ πολλὰ γενναίως οἰκονομήσας, ἐγένετο μὲν ὀπὶ τὸς ἁμαρτάνοντας ἀπαραίτη, τ ὀπὶ τοῖς ἀτόποις ἀδικημένων δημοσίας ποιῶν τὰς οὐσίας.

1. De quibus bellis & ducis utriusque exitu consulas licet Herodianum in Severo.

Πολ-

Πολλὰς δὲ τῆς πόλεων οἰκοδομήμασι πολυτελέσι κοσμήσας, ἀνέδειξεν Ἀντωνῖνον τὸν παῖδα τὸν ἑαυτοῦ βασιλέα. καὶ ἐπειδὴ τελευτᾶν ἔμελλε, ἀφαδόχως τῆς ἀρχῆς αὐτὸν καὶ Γέταν τὸν ἕτερον υἱὸν καταλιπὼν, ὄπιτροπον αὐτοῖς Παπινιανὸν καταλέλοιπεν, ἄνδρα δικαιότατον καὶ ὀπὶ νόμων γνώσει τε καὶ εἰσηγήσει πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν Ρωμαίους νομοθέτας ὑπερβαλόμενον. τοῦτον ὕπαρχον ὄντα τῆς αὐλῆς δι' ὑποψίας εἶχεν ὁ Ἀντωνῖνος, διὰ τὸ ἕτερον ἢ ὅτι δυσμενῶς ἔχοντα πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γέταν αἰσθανόμενος, ἐπιβουλεῦσαι καθ' ὅσον οἷός τε ἦν διεκώλυε. τοῦτο τοίνυν ἐκ μέσου βουλόμενος ποιῆσαι τὸ κώλυμα, τῷ μὲν Παπινιανῷ τὸν διὰ τῆς στρατιωτῆς ὀπαδοῦ σφαγὴν εὐρυχωρείαν δὲ ἔχων ἀναιρεῖ τὸν ἀδελφὸν, ὃν οὐδὲ τὴν μητέρα αὐτὸν τρεχούσης ἐπὶ σφᾶς ἐξαιρουμένην ἐδυνήθησαν.

Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἀντωνῖνος ἔδωκε τὴν ἀδελφοκτονίας μετ' οὐ πολὺ δίκην, καὶ αὐτὸς τὸν παιδαγωγὸν τοῦτον ἀγνοηθέντα, τὰ μὲν ἐν Ῥώμῃ στρατόπεδα τὸν Μακεῖνον ὕπαρχον ὄντα τῆς αὐλῆς ἀναδείκνυσι βασιλέα, τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἑῴαν, Ἐμισηνόν τινα μειράκιον, ὡς γνώσῃ τῇ Ἀντωνίνου μητρὶ συναπτόμενον. ἐκέλευε δὲ στρατιώτας τὴν οἰκείας ἀναιρέσεως αὐτεχομένους, σώσι ἐμφύλιος ἦν, τῆς μὲν τοῦ

Quumque multas urbes ſumtuoſis admodum ædificiis ornaſſet, & Antoninum filium deſignaſſet imperatorem, moriturus ipſi Getæque, alteri filio, imperii hæredibus inſtitutis, tutorem Papinianum reliquit, virum juſtiſſimum, & qui tam cognitione quam expoſitione legum omnes ante pariter & poſt ſe Romanos juriſconſultos ſuperavit. Hunc præfecti prætorio munere fungentem, ſuſpectum Antoninus habebat, alia nulla de cauſa quam quod Papinianus animadvertens eum infeſto erga Getam fratrem animo eſſe, quo illi minus inſidiaretur, pro viribus impediret. Hoc igitur impedimentum è medio removere volens, Papiniano per milites necem ſtruit: ſpatiumque nactus fratrem interficit, quum ne quidem mater adcurrentem ad ſe potuiſſet eripere.

Poſtquam & Antoninus fratricidii pœnas interjecto non magno ſpatio dedit, ne cognito quidem unquam ipſius percuſſore, Macrinum prætectum prætorio milites, qui ad urbem erant, imperatorem dicunt: qui per orientem, adoleſcentulum quemdam Emiſenum, qui genere matri Antonini conjunctus eſſet. Utroque exercitu renuntiationem ſuam tuente, civile diſcidium

1. Delatum Macrino apud orientem imperium teſtantur una Dion & Herodianus, vitamque cum imperio ideo amiſſam, quod dilato Romam verſus itinere, in oriente moras traheret.

exſtitit, Emiſeni quidem Antonini copiis Romam eum deducentibus, Macrini vero militibus extra Italiam profectis. Ubi manus ad Antiochiam Syriæ conſeruiſſent, victus ab omni parte Macrinus, caſtris fuga deſertis, ad interjectum Byzantio & Chalcedoni fretum capitur, & vulneribus confectus extinguitur.

Quum Antoninus victoria potitus, de iis qui Macrini partes ſequuti fuerant, velut hoſtibus, pœnas ſumſiſſet, & ceteroqui turpiter ac flagitioſe viveret, magis & circulatoribus deditus: non ferentes Romani effrenem hominis luxum atque libidinem, eo interemto, & cadavere in fruſta diſcerpto, Alexandrum imperatorem deſignarunt, itidem ex familia Severi prognatum. Hic quum & juvenis adhuc eſſet, & egregia indole præditus, fecit ut omnes de imperio ſpes bonas conciperent, præfectis prætorio conſtitutis Flaviano & Chreſto, viris nec rei militaris imperitis, & ad res togatas præclare gerendas idoneis. Verum ubi Mamæa mater imperatoris Ulpianum eis inſpectorem præfecit, & quaſi conſortem officii, quod & juriſconſultus eſſet præſtantiſſimus, & recte rebus uti

Ἐμεσηνὸν Ἀντωνῖνον, ἀγόντων αὐτὸν ὅπι τ Ρώμιν, τ δὲ Μακείνε στρατιωτ ἐξορμησάντων ἀπὸ τ Ἰταλίας. συμπεσόντων δὲ ἀλλήλοις τ στρατοπέδων ἐν τῇ χ Συείαν Ἀντιοχείᾳ, τ παντὶ Μακρῖνος ἐλαθωθεὶς, χ φυγῇ τὸ στρατόπεδον καταλιπὼν, εἰς τ μεταξὺ πορθμὸν Βυζαντίε χ Καλχηδόνος ἁλίσκεται, χ [1] τὸ σῶμα ξανόμυος τυγχάνει.

Τ δὲ Ἀντωνίνε κρατήσαντος, χ τοῖς τὰ Μακείνου φρονήσασιν, ὡς δυσμενέσιν, ἐπεξῆλθόντος, [2] τά τε ἄλλα αἰσχρῶς καὶ ἐπονειδίστως βεβιωκότος, μάγοις τ χ ἀγύρταις ἐχολακόντος· οἱ ἐνεγκόντες οἱ Ρωμαῖοι τ τ ἀσελγείας ὑπερβολὴν, καταφρόξαντες χ τὸ σῶμα διασπάσαντες, Ἀλέξανδρον ἀνέδειξαν βασιλέα, χ αὐτὸν ἐκ τῆς Σεβήρε γενεᾶς καλαγόμυον. ὄντι νέος ὢν ἔτι, χ φύσεως εὖ ἔχων, ἀγαθὰς ἅπασιν ὅπι τῇ βασιλείᾳ δέδωκεν ἔχειν ἐλπίδας· ὅπισήσας ὑπαρχους τῇ αὐλῇ Φλαβιανὸν χ Χρηστὸν, ἄνδρας τ δὲ πολεμικῶν οὐκ ἀπείρους, χ τὰ ἐν εἰρήνῃ διαθεῖναι κόσμως ἱκανούς. Μαμαίας δὲ τῆς τ βασιλέως μητρὸς ἐπισήσατης αὐτοῖς Οὐλπιανὸν ἐπιγνώμονα, χ ὥστερ κοινωνὸν τ ἀρχῆς, ἐπειδὴ καὶ νομοθέτης ἦν ἄριστος, καὶ τὸ παρὸν εὖ διαθεῖναι, τὸ μέλλον δυσχερῶς φέρειν

---

1. *Abſciſſo capite*, Secundum Herodianum.

2. Hic eſt ille Heliogabalus quem Romani *Tiberinum*, *Tractitium*, *Impurum*, paſſim in *triviis* appellitabant. Videſis Lampridium.

δυνατὸν

δωατός· ὅτι τούτῳ δυσχεράναγλες, αἰρέσιν αὐτῷ μηχανῶνται λαθραίαν οἱ στρατιῶται. αἰσθομένης δὲ τούτου Μαμαίας, καὶ ἅμα τῷ φθάσαι τοῖς βουλεύσαντας ἀνελέσθαι, κύριος τῆς τῶν ἀρχῶν ἀρχῆς Οὐλπιανὸς καθίσταται μόνος. ἐν ἀσφαλείᾳ δὲ τοῖς στρατοπέδοις γενόμενος, (τὰς δὲ αἰτίας ἀκριβῶς οὐκ ἔχω διεξιέναι. διάφορα γὰρ ἱστόρηκασι περὶ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως) ἀναιρεῖται, στάσεως κινηθείσης, ὑδὲ τοῦ βασιλέως ἀρκέσαντος αὐτῷ πρὸς βοήθειαν.

Ἐντεῦθεν οἱ στρατιῶται καὶ βραχὺ τὸ πρὸς Ἀλέξανδρον εὐνοίας ἀποστατοῦντες, ἀπροθύμοι περὶ τὰς τούτου προσάξεις ἐφαίνοντο. καὶ δέει τοῦ μὴ παθεῖν τι διὰ τὴν ἐφυμίαν, εἰς στάσεις ἐχώρουν. συστραφέντες τε παρήγαγον Ἀντωνῖνον εἰς βασιλείαν. ἐπεὶ δὲ τὸ ὄλκον καὶ ἐνεῖκαν τῆς ἀρχῆς, φυγῇ κατέσπευσεν ἑαυτὸν ἀφανῆ, καὶ Οὐράνιός δέ τις ἐκ δουλείου γένους ἀναρρηθείς, φοβερὸν μὴ τῆς ἀλυσγίδος Ἀλεξάνδρῳ προσήχθη, τὸ μὲ κατὰ τὸ βασιλέως κύδαίνετο μῖσος· ὁ δὲ ὅτι τοῖς πανταχόθεν φερεσῶσιν ἀπορέμενος, τῷ τε σώματι καὶ τοῖς κατὰ φύσιν λογισμοῖς ἀηδέστερος ἦν, ὥστε καὶ φιλαργυρείας αὐτῷ νόσον ἐνσκῆψαι, καὶ χρημάτων ἐκκεῖσθαι συλ-

præſentibus, ac futura proſpicere ſolerter poſſet: offenſi milites, mortem homini clandeſtinam moliuntur. Id quum animadverſiſſet Mamæa, ſtatimque conatus illius præcipiendi cauſa, horum conſiliorum auctores è medio ſuſtuliſſet: ſoli Ulpiano præfectorum prætorio munus committitur. Sed quod exercitibus in ſuſpicionem veniſſet, (quibus ſane de cauſſis, equidem accurate dicere non habeo: quando de ipſius voluntate diverſa literis prodita ſunt) ſeditione mota trucidatur, quum ne ipſe quidem imperator opem ei ferre poſſet.

Secundum hæc paullatim milites à priſtina in Alexandrum benevolentia recedentes, ad obeunda ipſius imperia ſegnes ſe præbebant, & veriti ne quid ob ignaviam eis accideret, ſeditiones concitabant: concurſuque facto quemdam Antoninum ad imperium evehebant. Sed quum is molem imperii non ſuſtinens, fuga ſe hominum ex oculis ſubduxiſſet, & Uranius quidam ex ſervili genere deſignatus confeſtim una cum purpura deductus ad Alexandrum fuiſſet, conceptum quidem adverſus imperatorem odium adaugebatur: verum ipſe de circumſtantibus undique periculis hæſitans, tam corpore mutatus erat, quam inditis à natura viribus & conſiliis animi: adeo quidem ut eum avaritiæ mor-

bus

bus invaderet, totuſque colligendis pecuniis incumbens, apud matrem eas reconderet.

Rebus ipſius in hunc modum non optime adfectis, qui erant in Pannonia Myſiaque exercitus, alienis jampridem in eum animis, nunc magis ad defectionem proritabantur: ideoque ad ſtudium rerum novarum converſi, Maximinum ad imperium efferunt, id temporis turmæ Pannonicæ ducem. Is, omnibus copiis ſuis coactis, in Italiam profectus eſt, arbitratus ſe facilius imperatorem adhuc imparatum adgreſſurum. Alexander autem apud ſitas ad Rhenum gentes commorabatur, ibique comperto res novas motas eſſe, Romam continuis itineribus contendebat. Quumque tam militibus, quam ipſi Maximino veniam polliceretur, ſi à cœptis deſiſterent: poſteaquam dicto parentes efficere non poterat, ſpes omnes miſſas faciens, ſe ipſe quodam modo cædi obtulit. Mamæa vero cum præfectis egreſſa prætorio, tumultus ſedandi cauſa, cum præfectis & ipſa necatur. Maximino imperium jam conſtabilitum obtinente, gravis omnes inceſſit pœnitentia, quod acerbam tyrannidem moderato cum imperio commutaſſent. Nam obſcuro natus loco Ma-

λογῇ, ταῦτά τ' ὦδε τῇ [1] μητρὶ θησαυρίζειν.

Ἐχόντων δ' αὐτῷ τὴν πραγμάτων οὐχ ὑγιῶς, τὰ περὶ Παιονίαν καὶ Μυσίαν στρατεύματα καὶ πρότερον ἀμοτείως πρὸς αὐτὸν διακείμενα, τότε δὴ μᾶλλον πρὸς ἀπόστασιν ἐξερέθιζο. πραπέντα δὲ εἰς νεωτερισμὸν, ἄγει Μαξιμῖνον εἰς βασιλείαν, τότε τ' Παιονικῆς ἴλης ἐξηγούμενον. καὶ Μαξιμῖνος μὲν τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις ἀγείρας, ὅτι τὴν Ἰταλίαν ἐξώρμησεν, ἀφράκτῳ τὸ βασιλεῖ ἔᾶον οἰόμενος ἐπιθήσεσθαι. Ἀλέξανδρος δ' ἐν τοῖς περὶ τ' Ῥῆνον ἔθνεσι διατρίβων, καὶ κείσε τὰ νεωτερισθέντα μαθών, τῆς ὅτι τάχιστα Ῥώμης εἶχετο πορείας. ἐπαγγελλόμενος δὲ τοῖς στρατιώταις καὶ αὐτῷ Μαξιμίνῳ συγγνώμην, εἰ τοῖς ἐγχειρηθεῖσιν ἐνδοῖεν, ὡς οὐχ οἷός τ' γένοιτο τούτους ὑπαναγέσθαι, πάσας ἀπογνοὺς ταῖς ἐλπίσιν, ἑαυτὸν ὑπέδωκε τρόπον τινὰ τῇ σφαγῇ. Μαμαία δ' προβληθεῖσα μὴ τὴν ὑπάρχων ἐκ τ' αὐλῆς, ὡς δὴ τάχιστα παραχθῇ καταπαύσουσα, αὐτή τ' καταφάπτεται, καὶ οἱ ὕπαρχοι σὺν αὐτῇ. τῆς δ' βασιλείας ἤδη βεβαίως ὦδε Μαξιμίνου κατεχομένης, ἐν μεταμελείᾳ πάντες ἦσαν,

1. Quod avaritiæ crimen in matrem rejicit Herodianus, lib. 6. ſub finem. Οἱ δὲ τὴν μητέρα ἐμέμφοντο ὡς φιλάργυρον, καὶ τὰ χρήματα ἀποκλείουσαν, ἄλλά τε μικρολογίαν καὶ τὸ πρὸς τὰς ἐπιδόσεις ὀκνηρὸν, Ἀλεξάνδρου μεμνημένου.

ὡς

ὡς τυραννίδα πικρὰν μετείας ἀηδεξάμενοι βασιλείας. ἦν γὰρ ὢν ἀφανὴς, ἅμα τῷ ἐπιβαλεῖν τὴν ἀρχὴν, ὅσα φύσει πρὸς τοῦτο αὐτῷ πλεονεκτήματα τῆς ἐξουσίας [1] ἐξεφαίνετο παίδευσίς τε καὶ πᾶσιν ἀφορητος ἦν, οὐχ ὑβρίζων εἰς τὸν ἐν τέλει μόνον, ἀλλὰ καὶ μὴ πάσης ὠμότητος τοῖς πρόγμασι χρησιὸν, μόνους δὲ θεραπεύων τοὺς συκοφάντας, ὅσοι μάλιστα τοὺς ἀπορρίμονας κατεμήνυον, ὡς ὀφείλοντάς τι τοῖς βασιλικοῖς ταμείοις. ἤδη γὰρ καὶ εἰς φόνους ἀκρίτους ἐχώρει χρημάτων ἐπιθυμία, καὶ ὅσα τῶν πόλεων ἦν οἰκεῖα ἐποίει, μὴ τοὺς οἰκήτορας τῶν ἑαυτῶν ἀφαιρεῖσθαι.

Βαρυνομένων γὰρ τὸν Ῥωμαίων ἐνιῶν ὅτι τῇ λίαν ὠμότητι, καὶ συνταραττομένων ὅτι τοῖς πρόφασι πλεονεξίαις, οἱ τὸν Λιβύην οἰκοῦντες Γορδιανὸν καὶ τὸν ὁμώνυμον τούτῳ παῖδα, βασιλέας ἀναδείξαντες, ἔστειλαν ἐν Ῥώμῃ πρέσβεις, ἀηδῶς τὸν Βαλεριανὸν, ὃς τῶν ἀνατολικῶν τάγματος ἦν, ἐβασίλευσεν ὕστερον. ἡ γὰρ σύγκλητος τὸ πρᾶγμα ἀσμενίσασα, παρεσκεύασατο πρὸς τὸν τυραννον πολεμήσειν, τοὺς τε στρατιώτας εἰς ἐπανάστασιν ἐρεθίζουσα, καὶ τὸν δῆ-

ximinus, quum primum accepisset imperium, quibus à natura præditus erat virtutibus, eas virtutes fiducia potestatis obscurabat: & omnibus erat intolerabilis, non tantum injuriis adficiens in dignitate constitutos, verumetiam cum omni crudelitate res tractans, soloſque calumniatores colens, qui homines præsertim quietis cupidos deferebant, velut imperatorii fisci debitores. Tandem & nullo præcedente judicio, propter pecuniæ cupiditatem ad cædes progrediebatur, omniaque oppida peculiariter sua reddebat, municipibus bonis suis spoliatis.

Quare quum subjectæ Romanis gentes crudelitatem nimiam graviter mol[illegible]que ferrent, & ob manifestas rapacitates conturbarentur: Afri, Gordiano, eique cognomine filio, designatis imperatoribus, cum alios Romam legatos misere, tum Valerianum, virum consularem, qui deinceps imperio potitus est. Senatus, eo quod actum fuerat cupide probato, ad dejiciendum imperio tyrannum se comparabat, milites ad rebellionem concitans, & in memoriam populo revo-

1. Sylburg. mavult [ἐξίσωσις] in deteriore sensu accipiens vocem [πλεονεκτήματα] pro vitiis sc. modum excedentibus; cui quidem sensui suffragantem habet Herodianum, qui adeo in Maximino nulla agnovit virtutis vestigia, ut hoc charactere donatum posteris transmiserit. Φύσει γὰρ καὶ τὸ μὴ θρασὺ καὶ τὸ μὴ βάρβαρον. τότε φοινικὸν, πατρῷον ἔχων καὶ ἐπιχώριον; πρόφασιν ἐποιεῖτο δι' ὠμότητος τὴν ἀρχὴν βεβαιῶσαι.

cans

cans injurias ſingulis privatim, & publice omnibus illatas. Quum univerſis eadem viderentur, è ſenatu xx. viros deligunt, artis imperatoriæ peritos. Ex his ſumma cum poteſtate conſtitutis duobus, Balbino atque Maximo, præceptiſque Romam ducentibus itineribus, parati ad reſiſtendum erant.

Maximino autem, poſt adlatos harum rerum rumores, Romam cum Mauris & Gallicis ordinibus petente, milites quidem Aquileiæ præſidio impoſiti, quum ei portas occluſiſſent, obſidione cincti ſunt, ipſe vero, iis qui partes ipſius tuebantur, vix tandem boni publici cauſam amplexis, & eorum voluntati adſenſis qui Maximinum interemtum volebant, [illegible] extremum periculum redactus, filium militibus ſupplicem obtulit, veluti propter ætatem ad eos ab ira revocandos ad commiſerationem, ſuffecturum. At illi, quum iracundia majore conciti juvenem miſerabiliter interfeciſſent, & ipſum quoque confeſtim trucidaſſent: accedens quidam caput à corpore reciſum Romam tulit, idque ſignum victoriæ manifeſtum exhibuit. Itaque per hoc omni metu liberati, adventum imperatorum ex Africa præſtolabantur.

μον ἀναμιμήσκουσα τῷ εἰς ἕκαστον ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πάντων ἀδικημάτων. ἐπεὶ δὲ πᾶσι ταυτὰ ἐδόκει, προχειρίζονται τῆς βουλῆς ἄνδρας εἴκοσι, στρατηγίας ἐμπείρους, ἐκ τούτων αὐτοκράτορας ἑλόμενοι δύο, Βάλβινον καὶ [1] Μάξιμον καὶ παρακαλοῦντες τὰς ὁδοὺς ἐπὶ τῆς Ῥώμης φέρουσας ὁδοὺς, ἕτοιμοι πρὸς πᾶν ἐπανάστασιν ἦσαν.

Τοῦ δὲ Μαξιμίνου, τούτων ἀπαγγελθέντων, ὅτι τῆς Ῥώμης ὁρμήσαντος ἅμα τοῖς Μαυρουσίοις καὶ Κελτικοῖς τέλεσιν, οἱ μὲν τῆς Ἀκυληίας τεταγμένοι φυλάττειν, ἀποκλείσαντες αὐτῷ τὰς πύλας, εἰς πολιορκίαν καθίσαντο, τῷ δὲ συναιρομένων αὐτῷ, μᾶλις τὸ κοινῇ λυσιτελοῦν ἑλομένων, συμφρονησάντων τε τοῖς καθελεῖν τὸν Μαξιμῖνον ἐσπευδακόσιν, εἰς ἔσχατον ἐλπλακὼς κινδύνου, προσάγει τὸν παῖδα τοῖς στρατιώταις ἱκέτιν, ὡς ἀρκέσοντα διὰ τῆς ἡλικίας εἰς οἶκτον ἐκ τῆς ὀργῆς αὐτοὺς μεταστῆσαι. τοῦ δὲ θυμῷ μείζονι τὸν τε νέον οἰκτρῶς ἀνελόντων, καὶ αὐτὸν ὥσπαχθῆμα κατασφάξαντων, ἐπελθών τις, καὶ τῷ κεφαλῷ χωρίσας τοῦ σώματος, ὅπερ τῷ Ῥώμῃ ἀπήγαγε, σημεῖον ἐμφανὲς τοῦτο τῆς νίκης ποιούμενος. ταύτῃ τοίνυν ἀπαλλαγέντες τοῦ δέους, τὴν ἐκ Λιβύης τῶν βασιλέων ἄνεμον ἀφιξιν.

---

1. Qui dictus eſt etiam Pupienus.

πλεῖν

1 Τῶν δὲ βίᾳ χειμῶνος ἐν τῷ πλεῖν ἀπολομένων, 2 Γορδιανῷ θατέρῳ τούτων ὄντι παιδὶ ἡ σὺν ὅλων ἡγεμονίαν ἡ γερουσία παρέδωκεν. ἀφ' οὗ τὸ παγλαβέσης καταφεὶς ὁ Ρωμαίων αὐίνετο δῆμος, τὸ βασιλέως σκιωικοῖς καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσι τοὺς πολίτας ἀπαγαγόντος. πάντων δὲ ὥσπερ ἐκ κάρου βαθέος ἀναφιλάντων, ὀλίγαι τινὲς τοῦ βασιλέως λαθραίαι συνίστανται, Μαξίμῳ καὶ Βαλβίνῳ στρατιώτας αὐτῷ τινὰς ἐπαναπεμπόντων. ἧς φωραθείσης αὐτοί τε οἱ τῆς συνωμοσίας ἄρξαντες ἀναιροῦνται, καὶ τὸ κοινωνησάντων αὐτοῖς οἱ πολλοί.

Μετ' ὀλίγον δὲ καὶ Καρχηδόνιοι, τῆς τοῦ βασιλέως εὐνοίας ἀποστραφέντες, 3 Σαβινιανὸν εἰς βασιλείαν προήγαγον. Γορδιανοῦ δὲ κινήσαντος τὰς ἐν Λιβύῃ δυνάμεις, ἐπιφθάντες πρὸς αὐτὸν τῇ γνώμῃ, τὸ μὲν ὀπισθόμενον τῇ πορφυρίδι παραδιδόασι, συγγνώμης δὲ τυχόντες, τοῦ ἀφειχθέναι αὐτοὺς κινδύνων ἀπαλλαγέντες.

Ἐν τούτῳ δὲ πρὸς γάμον ἄγεται Γορδιανὸς 4 Τιμησικλέους θυγατέρα, τοῦ ὀνομαστοῦ παιδεύσει λεγομένων ἀνδρός. ὃν ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἀ-

Verum illis inter navigandum vi tempeſtatis extinctis, Gordiano alterius filio ſenatus ſummam rerum tradidit, cujus opera populus Romanus de ſuperioris temporis mœſtitia remiſit, imperatore per ſcenicos gymnicosque ludos ab ea cives avocante. Poſteaquam omnes velut ex profundo veterno jam recreati eſſent, adverſus imperatorem clandeſtinæ quædam inſidiæ parantur, Maximo & Balbino milites ei quoſdam ſummittentibus: quibus deprehenſis, tam ipſi ſceleris auctores, quam alii participes non pauci cæduntur.

Non multo poſt & Karthaginienſes à benevolentia principis alienati, Sabianum ad imperium efferunt. Sed quum Gordianus copias Africanas exciviſſet, animis cum eo reconciliatis, adfectatorem tyrannidis dedunt, & impetrata delictorum venia, periculis imminentibus erepti ſunt.

Dum hæc geruntur, Gordianus uxorem ducit Timeſiclis filiam, nobilis ex doctrina viri: quem & prætectum prætorio

1. Immane quantum à Zoſimo diſſentit Herodianus, qui Gordianos aſſerit prius diem obiiſſe, quam Aquileiam obſederit Maximinus, patrem ſc. Capelliano perſequente, laqueo vitam finiiſſe, filiumque pro Carthaginis mœnibus dimicantem, vulneribus confectum fuſumque.

2. Gordiani ſenioris ex filia nepoti ſec. Herodianum: ſed cui in animo eſt haſce ſcriptorum dividuas retenſere, conſulat Herod. l. 7. ubi totum pene narrationis filum diverſum longe eſt ab hoc Zoſimi compendio.

3. Alii [Σαβινιανὸν.]

4. Alii [Μισιθέου,] ſed, ut Sylburgio videtur, *corruptius.*

creavit, eoque facto viſus eſt id, quod adminiſtrationi rerum propter ætatem ipſius ſane teneram deeſſet, ſupplere. Jam confirmato imperio, Perſæ adgreſſuri nationes orientales exſpectabantur: quod regnum eorum Sapores accepiſſet poſt Artaxerxem, qui Parthis illud ereptum rurſus ad Perſas tranſtulerat. Nam poſt Alexandrum Philippi filium, & alios imperii Macedonum ſucceſſores, Antiocho ſuperioribus illis ſatrapiis imperante, Arſaces Parthus, propter illatam fratri Teridati contumeliam, bello adverſus Antiochi ſatrapam ſuſcepto, Parthis auctor fuit ut ejectis Macedonibus regnum ſibi vindicarent. Imperator igitur univerſo cum apparatu contra Perſas movebat. Quumque Romanus exercitus primo prœlio ſuperior exſtitiſſe viſus eſſet, Timeſicles prætectus prætorio vita functus. non parum imperatoris de ſecuritate regni fiduciam imminuit. Nam Philippo in ejus locum ſuffecto, paulatim benevolentia militum erga imperatorem extincta eſt. Ortus enim Philippus ex Arabia, gente nequiſſima, nec meliori ratione fortunam ad ampliorem progreſſus, utprimum hunc magiſtratum accepit, imperii libidine raptus, ad res novas promtiſſimum quenque militum demulcens incitabat: quumque militares annonas abunde convehi cerneret, imperatore propter Carras & Ni-

quædam adpetens Zenobia, Zabdam in Ægyptum mittit, Timagene quodam Ægyptio Palmyrenis Ægypti dominatum quærente. Coacto exercitu de Palmyrenis, & Syris, & Barbaris, ad ſeptuaginta uſque millia, quibus Ægyptiorum millia quinquaginta occurrebant, & acri commiſto prœlio, Palmyreni longe hoc bello ſuperiores, quum in Ægypto præſidium quinque millium conſtituiſſent, diſceſſere.

Probus, cui datum erat ab imperatore negotium maris à piratis repurgandi, poſteaquam teneri à Palmyrenis Ægyptum cognoviſſet: cum copiis ſuis, & Ægyptiorum, quotquot alieni à Palmyrenorum partibus erant, hoſtes adgreſſus, præſidium ejecit. Sed quum Palmyreni denuo cum exercitu veniſſent, itidemque Probus Ægyptias Africanaſque copias coegiſſet: victoria quidem Ægyptii potiebantur, & Ægypti finibus Palmyrenos exigebant: verum quod Probus montem Babyloni vicinum occupaſſet, & hoſtes ibidem à tranſitu in Syriam excluderet, Timagenes, uti eorum locorum peritus, cum bis mille Palmyrenis ejus montis vertice conſcenſo, nihil tale cogitantes Ægyptios adortus occidit: quos inter & Probus deprehenſus, ipſe ſibi manus adtulit.

ἡ Ζηνοβία πραγμάτων, Ζάβδαν ὀπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκπέμπει, Τιμαγένης ἀνὴρ Αἰγύπτιος τὴν ἀρχὴν Αἰγύπτου Παλμυρηνοῖς καταπολεμῶν. συναχθέντος δὲ τοῦ στρατεύματος ἐκ Παλμυρηνῶν καὶ Σύρων καὶ Βαρβάρων ἐς ἑπτακισμυριάδας, καὶ Αἰγυπτίων δὲ πέντε μυριάσιν ἀντιπαρατασσομένων, μάχης καρτερᾶς γενομένης τοιαύτης οἱ Παλμυρηνοὶ πρὸς πολὺ τοῦ πολέμου, καὶ φρουρὰν ἐγκαταλιπόντες πενταχιλίων ἀνδρῶν, ἀνεχώρησαν.

[1] Πρόβος δὲ κατὰ τὴν διάβασιν τῶν λῃστῶν τὴν θάλασσαν ἐκ βασιλέως ταχθεὶς, ἐπειδὴ τὴν Αἴγυπτον ἔγνω ὑφὸ Παλμυρηνῶν ἐχομένην, ἅμα τῇ σὺν αὐτῷ δυνάμει καὶ Αἰγυπτίων, ὅσοι μὴ τὰ Παλμυρηνῶν φρονοῦντες ἔτυχον, ἐπεξέμψας, τὴν μὲ φρουρὰν ἐξέβαλεν· αὖθις δὲ Παλμυρηνῶν ἐπιστρατευσάντων, συναγαγὼν ὁ καὶ Πρόβος στρατόπεδον Αἰγυπτίων τε καὶ Λιβύων, ἦσαν μὲν ἡμέτεροι Αἰγύπτιοι, καὶ τὴν ἐείαν τοῦ Αἰγύπτου Παλμυρηνὸς πλαίσιον Πρόβου δὲ τὸ πρὸς τῇ Βαβυλῶνι καταλαβόντος ὄρος, καὶ ταύτῃ τὴν ὀπὴ Συρίαν τὴν πολεμίων πάροδον ἀποκλείοντος, Τιμαγένης ἅτε δὴ ἔμπειρος τῆς τόπων, ἅμα διχιλίοις Παλμυρηνῶν τὴν ἄκραν τοῦ ὄρους καταλαχὼν, ἀδοκήτοις ἐπιπεσὼν τοῖς Αἰγυπτίοις διέφθειρεν· ἐν οἷς καὶ ὁ Πρόβος ἄλλως ἑαυτὸν ἀποσφάξας.

1. *Probatus* ſec. Pollionem.

Τῆς

Τῆς Αἰγύπτε τοίνυν ἤδη Παλμυρηνοῖς ἡμένης, οἱ ἐκ τῆς ἐν Ναίσσῳ Κλαυδίε καὶ Σκυθῶν μάχης περιλειφθέντες, περιδυόμενοι τὰς ἁμάξας ὡς ὅπλα Μακεδονίαν ἐχώρουν, αὐταί δὲ τῇ ἐπιτηδείων λιμῷ πιεζόμενοι διεφθείροντο αὐτά τε καὶ τὰ ζυγά. προάγουσι δ' αὐτοῖς ἡ Ρωμαίων ἵππος ὑπαντιάσασα, πολλοὺς μὲν αὐτῶν κτείνασα, τοὺς λοιποὺς δὲ τὸ Αἷμον ἀπέστρεψε. κυκλωθέντες δὲ τοῖς Ρωμαίων στρατοπέδοις, καὶ ὀλίγοι ἀπέθνησκον. ἐπεὶ δ' ἀμφοτέρων παρὰ ἑαυτοὺς πιεζῶν καὶ ἱππέων, ἐδόκει βασιλεῖ τοὺς πεζοὺς τοῖς βαρβάροις ἀμφιμάχεσθαι, καρτερᾶς ἡμένης μάχης ἐτρέποντο Ρωμαῖοι· καὶ ἀναιρεθέντων καὶ ὀλίγων, ἡ ἵππος ἐπιφανεῖσα μετείαν αὐτοῖς τοῦ τραύματος πεποίηκεν αἴσθησιν.

Ægypto jam Palmyrenorum in poteſtatem redacta, quotquot ex pugna Claudii & Scytharum ad Naiſsum pugnata ſuperſtites erant Barbari, curribus ſeſe munientes Macedoniam contendebant, & ob inopiam commeatus fame preſſi, tam ipſi quam eorum jumenta peribant. Progredientibus equeſtres Romanorum copiæ, quum occurriſſent, & multos interfeciſſent, reliquos ad Hæmum ſe convertere coegerunt. Ibi Romanis exercitibus undique circumdati, non paucos ex ſuis amittebant. Poſteaquam vero, diſſidentibus inter ſe peditibus & equitibus, viſum imperatori fuit ut pedites adverſus Barbaros dimicarent, acri exorto prœlio, Romani terga dabant: quum jam non paucis interemtis, equitatus adventu factum eſt ut modicum ex peditum delicto detrimentum ſentiretur.

Πρόσω δὲ τῶν Σκυθῶν ἐλασάντων, καὶ Ρωμαίων αὐτοῖς ἐπακολουθούντων, οἱ Κρήτην καὶ Ῥόδον περιπλεύσαντες Βάρβαροι, παράξαντες ἐδὲν ἀφηγήσεως ἄξιον, ἀνεχώρησε. λοιμῷ δὲ καλαχθὲν ἅπαντας αὐτοὺς, οἱ μὲν κατὰ Θρᾴκην, οἱ δὲ κατὰ Μακεδονίαν ἐφθάρησαν. ὅσοι δὲ διεσώθησαν, ἢ τάγμασι Ρωμαίων συνεῖθμησαν, ἢ

Scythis longius digreſſis, & Romanis eos perſequentibus, qui Cretam & Rhodum circumvecti navibus erant Barbari, nulla re memorabili geſta receſſerunt. Quumque peſtilens lues cunctos invaſiſſet, partim in Thracia, partim Macedonia perierunt. Quotquot autem incolumes evaſere, vel in ordines Romanos recepti ſunt, vel terram colen-

1. *Eo tempore quo parta eſt plena victoria, milites Claudii ſecundis rebus elati, ita in prædam verſi ut non cogitarent à paucißimis ſe poſſe fatigari, dum occupati animo atque corporibus avertendis prædis inſerviunt: denique in ipſa victoria prope duo millia militum à paucis Barbaris, & iis qui fugerant, interempti ſunt.* Treb. Poll.

dam nacti, totos agriculturæ ſe dediderunt.

Sed quod in Romanos quoque peſtis ſævire cepiſſet, cum alii complures in exercitu mortui ſunt, tum etiam Claudius vivendi finem fecit, vir omni genere virtutum ornatus, & qui magnum ſui deſiderium ſubditis reliquit.

Quintillus inde Claudii frater dictus eſt imperator: qui ubi perpaucos menſes vixiſſet, & nihil memoria dignum geſſiſſet, Aurelianus ad regium ſolium evehitur, quum quidem (veluti ſcriptores hiſtoriarum aliqui tradunt) Quintillo neceſſarii ſui fuiſſent auctores, ſimulatque cognitum eſſet Aureliano delatum imperium, ut mortem ſibi conſciſceret, ac multo ſe meliori viro ſponte ſua de imperio cederet, quod & feciſſe perhibetur, a medico quodam vena ſecta, continuatoque fluxu ſanguinis, donec exaruiſſet.

Aurelianus autem, confirmato imperio, quum Roma moviſſet, Aquileiam contendit, & inde Pannonicas ad nationes acceſſit, quas incurſionem Scytharum propemodum experturas cognoverat. Quumque miſiſſet ad eos, exploratores qui nuntiarent ut

[1] γῆ λαβόντες εἰς γεωργίαν, ταύτῃ τὸν βίον διεξήγαγον.

Ἀφαμένου δὲ τοῦ λοιμοῦ καὶ Ῥωμαίων, ἀπέθανον μὲν πολλοὶ τῶν στρατεύματος, τελευτᾷ δὲ καὶ Κλαύδιος, ἐν πᾶσιν ἀφορέτας τὴν ἀρετῆς, καὶ πολλὸν ἑαυτοῦ πόθον τοῖς ὑπηκόοις ἐναποδέμενος.

Κυιντίλλου δὲ, ὃς ἀδελφὸς ἦν Κλαυδίου, βασιλέως αἰρεθέντος, ὀλίγους τοὺς βιώσαντος μῆνας, καὶ μνήμης οὐδὲν ἄξιον πεποιηκότος, Αὐρηλιανὸς εἰς τὸν βασίλειον ἀναβιβάζεται θρόνον· Κυιντίλλου, καίτοι τινὰς τῶν λογοποιῶν, ὡσὰν τὸν ἐπιτηδείων συμβεβουλευκέναι, ἅμα τῷ γνῶναι τὴν βασιλείαν Αὐρηλιανῷ παραδεδομένην, ἑαυτὸν ἀπαλλαγῆναι, καὶ [2] ἐκόντα τῆς ἀρχῆς ἀποστῆναι τῷ πολλῷ χρείττονι. Ὃ δὴ καὶ πεποιηκέναι λέγεται, τὸν ἰατρῶν τινὸς φλέβα τεμόντος αὐτῷ, καὶ ἐνδόντος ἐκρυῆναι τὸ αἷμα, μέχρις οὗ ἐξήμει.

Αὐρηλιανὸς δὲ κρατυνάμενος τῆς ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐλάσας, ὅτι τὴν Ἀκυληίαν ἐχώρει· κἀκεῖθεν ἤλαυνεν ὅτι τὰ Παιόνων ἔθνη, τούτοις τοὺς Σκύθας μαθὼν ἐπιθέσθαι. πέμψας δὲ σκοποὺς ἀπαγγέλλοντας εἰσαγαγεῖν εἰς τὰς πόλεις σῖτα καὶ ζῶα, καὶ πᾶν ὅ, τι οἷόν

1. Factus miles barbarus & colonus ex Gotho. *idem*.

2. Aliter Pollio. Quintillus autem ob brevitatem temporis nihil dignum imperio gerere potuit: nam ſeptima decima die quod ſe gravem & ſerium contra milites oſtenderet, ac verum principem pollicebatur, eo genere quo Galba, quo Pertinax, interemptus eſt. *Idem*.

τοὺς

τὸς ἐναντίους ἔμελλεν ὠφελήσειν, ταύτῃ τ ὁπκείμενον αὐτοῖς λιμὸν αὔξειν διενοεῖτο. τραπωθέντων δὲ τῆς Βαρβάρων, καὶ μάχης ἐν τῇ Παιονίᾳ γενομένης ἰσοπαλοῦς, νὺξ ὁπηνομένη τὸ νίκιμον ἀμφίεσον ἀμφοτέροις πεποίηκεν. ἐν δὲ τῇ νυκτὶ τ πόλεμον οἱ Βάρβαροι διαβάντες, ἅμα ἡμέρᾳ τοῦ σπονδῶν ἐπεκηρυκεύοντο.

Πυθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς Αλαμανοὶ καὶ τὰ πρόσοικα τούτοις ἔθνη γνώμιν ποιοῦνται τ Ιταλίαν ὁπερβαμεῖν, ὅτι τῇ Ρώμῃ καὶ τοῖς τοῦ ταύτιν τόποις εἰκότως πλέον περφρονικῶς, ἱκανὸν τῇ Παιονίᾳ καταλιπὼν ὁπηκείαν, ὅτι τ Ιταλίαν ἐτρέπη. καὶ καλέσας ἐς μάχιν ἐν τ τοῦ τ Ισρον ἐχαπαῖς, πολλὰς τῆς Βαρβάρων ἀπώλεσε μυριάδας. ἐν τούτῳ καὶ τὰ τοῦ τ Ρώμιν ἐπεράχθη, τινῶν ὑπὸ τ γερουσίας [1] ὡς ὁπιβουλῇ κατ τ βασιλέως κοινωνησάντων εἰς λύβριας ἠμφίων, καὶ θανάτῳ ζημιωθέντων. [2] ἐτειχίσθη δὲ τότε ὁ Ρώμη, πρότερον ἀτείχις ὄσα. καὶ λαβὸν τ ἀρχιν ἐξ Αὐρηλιανοῦ, συνεπληρώθη βασιλεύοντος Πρόβου τὸ τεῖχος.

Κατὰ τοῦτον τ χρόνον εἰς ἔννοιαν ἦλθεν νεωτερισμοῦ Επιτίμιός τ καὶ Οὐρβανὸς καὶ Δομετιανός· καὶ

annonas & jumenta, & quicquid aliud hoſtibus uſui futurum eſset, in oppida conveherent: hac ratione famem, quæ hoſtes urgebat, adaugere cogitabat. Poſteaquam Barbari flumen transjeciſsent, & in Pannonia prœlio ancipiti dimicatum eſset; nox interveniens victoriam utriſque dubiam reddidit. Eadem nocte Barbari, transjecto flumine, ſimulac illuxiſser, de pace legatis miſſis agebant.

Imperator, intellecto Alamannos cum remotioribus & finitimis ſibi nationibus Italiam incurſionibus vexare decreviſse, non abs re de Roma viciniſque urbi locis magis ſollicitus, ſatis magno Pannoniæ relicto præſidio, verſus Italiam perrexit, & in extremis ad Iſtrum partibus conſerto prœlio, multa Barbarorum millia delevit. Interim & illa Romæ geſta ſunt, ubi quidam ex ſenatu velut inſidiarum principi ſtructarum participes, accuſati fuerunt, & morte multati. Tunc & Roma muris cincta eſt, quibus antea carebat, eaque res ab Aureliano cepta, Probo imperante perfecta fuit.

Eodem tempore venerunt in ſuſpicionem rerum novarum Epitimius & Urbanus &

1. Merito inquit [ὡς ἐπιβουλῇ] *interfecti ſunt enim nonnulli etiam nobiles ſenatores, cum bis leve quiddam & quod contemni à mitiore principe potuiſſet, vel unus, vel levis, vel vilis teſtis objiceret.* Vopiſcus.

2. Quod certe dici non poteſt niſi ſi muros innuat ampliatos, *adhibito enim conſilio ſenatus,* inquit Vopiſc. *muros urbis Romæ dilatavit.*

Domitianus: ſtatimque deprehenſi, pœnas dederunt.

Rebus per Italiam & Pannoniam in hunc modum adminiſtratis, expeditionem contra Palmyrenos imperator ſuſcipere cogitabat, qui jam in poteſtate ſua nationes Ægyptias, & univerſum orientem, uſque ad Ancyram Galatiæ, tenebant: ipſamque porro Bithyniam Chalcedonem uſque ſibi vindicaturi fuerant, niſi gentes illæ, fama traditi Aureliano imperii ad ſe perlata, Palmyrenorum dominatum excuſſiſſent. Itaque principe cum exercitu progreſſo, Ancyra Romanorum in ditionem venit, & Tyana, & urbes deinceps omnes Antiochiam uſque: ubi reperta Zenobia, magnis inſtructa copiis & ipſe paratus ad pugnam, ceu par erat occurrebat. Videns autem Palmyrenos equites armatura gravi eademque tuta fretos, equitandi quoque peritia longe ſuos excellere: pedites trans Orontem fluvium alicubi ſeparatim conſtituit, & Romanis equitibus ex compoſito præcepit ne recta cum recenti & viribus integro Palmyrenorum equitatu manum conſererent, ſed exſpectato illius impetu, fugam ſe capeſſere ſimularent, idque tantiſper facerent, donec & ipſos & equos ἀδιάκριτον πυκνείαν ὑπέχον ἀλόντες.

Διοικησάμενος δὲ ὧδε τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Παιονίαν, ὁ βασιλεὺς στρατείαν ὅτι Παλμυρηνοὺς ἄγειν διενοεῖτο, κρατοῦντας ἤδη τῶν ἀπὸ Αἰγυπτιακῶν ἐθνῶν καὶ τῆς ἑῴας ἁπάσης, καὶ μέχρις Ἀγκύρας τῆς Γαλατίας ἐληλακότας δὲ καὶ Βιθυνίας μέχρι Χαλκηδόνος ἀντιλαβέσθαι, εἰ μὴ βεβασιλευκέναι γνόντες Αὐρηλιανὸν, τῷ Παλμυρηνῶν ἀποστάντα τὴν ἀρχὴν προσασίαν. ἐλάσαντος τοίνυν ἅμα στρατῷ τοῦ βασιλέως, Ἄγκυρά τε προσετίθετο τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, καὶ [1] Τύανα μὲν ταύτῃ, καὶ ἑξῆς ἅπασαι μέχρις Ἀντιοχείας. ἐν ᾗ Ζηνοβίαν δι' ἀρῶν ἅμα στρατῷ πολλῷ παρεσκευασμένην, εἰκότως ἐς μάχην ἀπάντα καὶ αὐτὸς διέτασσε. ὁρῶν δὲ τοὺς Παλμυρηνῶν ἱππέας ὁπλίσει βαρείᾳ καὶ ἀσφαλεῖ τεθωρηκότας, καὶ ἅμα πείρᾳ τῇ περὶ τὸ ἱππάσιον πολὺ τῶν σφετέρων προέχοντας, τοὺς μὲν πεζοὺς πέραν πως τοῦ Ὀρόντου ποταμοῦ διεχώρισε, σύνθημα δὲ τοῖς Ῥωμαίων ἱππεῦσι δέδωκε, μὴ ἐν τῷ εὐθέος ἀκμῇ τῇ Παλμυρηνῶν ἵππῳ συνάπτειν, δόξαντάς δὲ τῆς συμβολῆς ἔφοδον, ἐς φυγὴν δοκεῖν τρέπεσθαι· καὶ τοῦτο ποιεῖν ἄχρις ἂν ἴδωσιν αὐτοὺς καὶ τοὺς ἵππους ὑπὸ

1. Ubi tunc temporis vixit famoſiſſimus ille, & præſtigiarum potius quam miraculorum famâ celebris, Apollonius Tyanæus, cui ſervatam Tyanam, cum extrema minitaretur Aurelianus, acceptam refert Vopiſcus.

τῆ κοπώσει ἅμα καὶ τῷ τῶν ὅπλων βαρύτητι πρὸς τὴν δίωξιν ἀπιστοῦντας. ἃ δὴ γνόμενα, καὶ τῆς βασιλέως ἵππέων τὸ παράγγελμα φυλαξάντων, ἐπειδὴ τοὺς ἐναντίους ἐθεάσαντο παρειμένους ἤδη, καὶ τοῖς ἵπποις [1] κεκλικόσιν ἀκινήτους τοὺς ὀπαδοῦντας, ἀναλαβόντες τοὺς ἵππους ἐπίεσαν, καὶ αὐτομάτους τῆς ἵππων ἐκπίπτοντας συνεπάτουν. φόνος οὖν ἦν συμμιγὴς, τῆς μὲν ξίφεσι, τῆς δὲ ἑαυτοῦ τῆς ἵππων οἰκείων τε καὶ πολεμίων ἀναιρουμένων.

Εἰσῳθόντων δὲ τῶν ὅσοι διαφυγεῖν οἷοί τε γεγόνασιν, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, [2] Ζάβδας ὁ Ζηνοβίας στρατηγὸς ὀξέως μήποτε μαθόντες οἱ τῆς Ἀντιοχείας οἰκήτορες τὸ περὶ τὴν μάχην πάθημα, σφίσιν ὁπαδοῦντα, ἄνδρα μεσαιπόλιον, ἐμφέρειαν πως πρὸς τὸν τοῦ βασιλέως ἰδέαν δοκοῦντά πως ἔχειν, εὑρὼν, καὶ σχῆμα περιθεὶς οἷον εἰκὸς ἦν Αὐρηλιανὸν ἔχειν μαχόμενον, διὰ μέσης ἄγει τῆς πόλεως, ὡς ὂν τὸν βασιλέα ζωγρίᾳ ἑλών. καὶ τότε πᾶν σοφίσματι τοὺς Ἀντιοχεῖς ἀπατήσας, αὐτὸς ἐκ τῆς πόλεως, ἅμα τῷ λελειμμένῳ στρατεύματι, καὶ τὴν Ζηνοβίαν ἑαυτῷ συνεξαγαγὼν ὅπῃ τὴν Ἐμισὸν ἀνεχώρησεν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔχων ἐν νῷ γνόμενος ἡμέρας ἀναλαβεῖν τοὺς

quos ob æstum pariter & gravitatem armorum, à persequendo desistere cernerent. Hoc quum factum esset, ac imperatoris equites id observassent quod imperatum fuerat, ubi primum fatigatos hostes, & hactenus incumbentes lassis equis immobiles conspexerunt, equis à cursu revocatis, eos adorti sunt, & sponte sua delabentes ex equis obtriverunt. Itaque promiscua cædes erat, quum alii gladiis, alii partim à suis, partim hostium equis interimerentur.

Antiochiam vero ingressis quotquot evadere fuga potuerant, Zabdas Zenobiæ militum magister metuens ne forte Antiocheni cives adversi prœlii fama percepta suos invaderent: repertum hominem semicanum, qui vultum speciemque principis quodammodo referre videretur, & tali amictum habitu quali prœliantem Aurelianum usum fuisse vero esset simile, per urbem mediam ducit, quasi qui vivum imperatorem cepisset. Atque hoc commento deceptis Antiochenis, & ipse noctu cum exercitu reliquo ex urbe se subduxit, Zenobiaque secum sumta, Emisam discessit. Imperator in animo habens, quum primum illuxisset, revocatis ad se pedestribus copiis, utrinque susos & fugatos hostes adgre-

1. Steph. κεκμηκόσι.
2. Pollioni [Sabas,] Vospico [Zabas.]

di,

di, cognita Zenobiæ fuga, ingreſſus eſt Antiochiam, civibus eum perlubenter excipientibus. Quumque comperiſſet complures urbem deſeruiſſe, metu ne quod malum incurrerent, ut qui Zenobiæ partibus adhæſiſſent: edictis ad quævis loca miſſis, profugos domum revocabat, potius ad coactionem & neceſſitatem, quam voluntatem & arbitrium animi, relatis iis quæ accidiſſent.

Quod conſpicati exſules, concurſu ad urbem facto, comiter ab imperatore tractati ſunt: qui conſtitutis urbanis rebus, Emiſam copias duxit. Quumque partem quandam Palmyrenorum collem occupaſſe comperiſſet, imminentem ſuburbio Daphnes, quem propter acclivitatem loci tranſitum adverſariorum impediturum exiſtimarent, milites hortatus eſt ut confertis clypeis & denſa phalange locum in ſublimem ſuccedentes, tela lapideſque, ſiqui forte conjicerentur, ipſa denſitate phalangis repellerent. quos quidem ad id quod imperaverat cupidos & alacres habebat. Ubi, ceu juſſi fuerant, acclivem locum ſubiiſſent, jamque rebus omnibus pares adverſariis eſſent: mox in fugam illi conjecti ſunt, quorum alii per præcipitia lapſi diſcerpebantur, alii cædebantur ab inſequentibus tam his quam reliquis, quotquot itidem in collem iſtum evaſerant. Poſt partam victoriam ſecure tranſ-

πεζὴ δυνάμει, ἢ ἑκατέρωθεν ἐπιθέσθαι πρακτέον ἤδη τοῖς πολεμίοις, ἐπειδὴ τὴν Ζηνοβίας ἔγνω φυγὴν, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν εἰσήει, δεξαμένων αὐτὸν ἀσμένως τὴν πολιτῶν. εὑρὼν δὲ τοὺς πολλοὺς τῶν πόλιν ἐκλιπόντας δείσαντα μή τι κακὸν πάθοι, ὡς τὰ Ζηνοβίας φρονήσαντας, πέφρασθαι, μεγέθει μάλα παντάχοθεν πέμψας τοὺς πρόσφυγας ἐκάλει, τῷ ἀκινδύνῳ ἢ ἀναγκαίῳ πλέον ἢ μεγαθύμοις τὰ συμβαίνοντα ἀναπείθειν.

Σωφρονούντων δὲ ἅμα τῷ θεάσασθαι τὰ μεγέθη τῶν πρόσφυγων, ἢ τὴν τοῦ βασιλέως μεγαλόνοιαν φιλοφρονούμενον, ἀγαθεὶς τὰ περὶ τὴν πόλιν, ὅτι τὴν Ἔμισαν ἔλαβε. μοῖραν δέ τινα Παλμυρηνῶν λόφον καλαλαβόντα ὑπερκείμενον Δάφνης τῶν μεγάθει, τῷ ὑπαγωγίῳ τοῦ τόπου τὴν τῶν ἐναντίων πάροδον εἴργειν οἰομένην, τοῖς στρατιώταις ἐπεκελεύσατο συναθροισαμένοις, ἢ πυκνῇ τῇ φάλαγγι τὸν ὄρθιον αἰρόντας προσιόντες, τὰ μὲν βέλη καὶ τοὺς ὀλισθάνοντας, εἰ μὴ τούτους τυχὸν ἐπαφεῖεν, τῇ πυκνότητι τῆς φάλαγγος ἀποσείσασθαι. μὴ ῥᾳδίως τὸ παράγγελμα εἶχε προθύμως. ἐπειδὴ δὲ τοῦ προσαχθὲν τοῦ πρὸς τὸ ἄνωθεν ἄνοδον ἐποιήσαντο, καλασάντες τοῖς ἐναντίοις ἰσοπαλεῖς, ἔτρεψαν διὸ εἰς φυγήν. καὶ οἱ μὲν, τῶν κρημνῶν φερόμενοι διεφθείροντο, τοὺς δὲ οἱ διώκοντες ἀπέσφαττον, ἔστι τε καὶ οἱ μεταξὺ τὸ ὅτι τὸν λόφον ἀνέδυ. μετὰ δὲ τὴν νίκην ἐπ' ἀδείας τὸ διά-

βασιν

βασιν ποιεμένοις, [1] χαίροντας κύκλον, καὶ πῶτα τῆς ὁδοιποιίας τῆ βασιλέως χωμένης. δέχεται μὲν οὖν αὐτὸν Απάμεια καὶ Λάρισσα καὶ Αρέθουσα. τὸ δὲ τῶν Παλμυρηνῶν στρατόπεδον ἰδὼν ἐν τῷ πρὸ τῆς Εμίσης πεδίῳ συνειλεγμένον εἰς πλῆθος ἐπὶ μυριάδων, ἔκ τε αὐτῶν Παλμυρηνῶν καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι τὴν στρατείας αὐτοῖς εἵλοντο μεταχεῖν, ἀναστρατοπεδεύετο τῇ τε Δαλματῶν ἵππῳ καὶ Μυσοῖς καὶ Παίωσι· καὶ ἔτι γε Νωρικοῖς καὶ Ραίτοις, ἄνδρες δοκοῦσι Κελτικαὶ τάξεις εἶναι. πρὸς τούτοις οἵ τε βασιλικοὶ τέλεις, ἐκ πάντων ἀρίστων συνειλεγμένοι καὶ πάντων ἀξιοπρεπέστατοι. συνετέτακτο δὲ καὶ ἡ Μαυρουσία ἵππος αὐτοῖς, καὶ ἀπὸ τῆς Ασίας αἵτε ἀπὸ Τυανέων δυνάμεις, καὶ ἐκ τῆς μέσης τῆς ποταμίας, καὶ Συρίας, καὶ Φοινίκης, καὶ Παλαιστίνης, τέλη πρὸ τῆς ἀνδρειοτάτων. οἱ δὲ ἀπὸ Παλαιστίνης πρὸς τῇ ἄλλῃ ὁπλίσει κορυνάς καὶ ξύλα ἐπεφέροντο. συμπεσόντων δὲ τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοις, ἔδοξεν ἡ τῶν Ρωμαίων ἵππος καλά πη μέρος ἐκκλίνειν, ὡς ἂν μὴ πλήθει τῶν Παλμυρηνῶν ἱππέων πλεονεκτούντων καὶ περιππαζομένων πως, τὸ Ρωμαίων στρατόπεδον ἐμπεσὸν εἰς κύκλωσιν λάβῃ. τὴν τοίνυν Παλμυρηνῶν ἵππον

euntes, læti eodem modo principe hoc iter conficiente: quem Apamea & Lariſſa & Arethuſa excipiebant. Ubi Palmyrenorum exercitum ante Emiſam in campo collectum vidiſſet, cujus eſſet numerus hominum ad ſeptuaginta millia, de Palmyrenis ipſis, & aliis, quotquot hac in expeditione cum eis ſe conjunxerant: caſtra & ipſe metabatur adverſus hoſtes, cum equitatu Dalmatico, & Myſis, & Pannoniis: & præterea Noricis atque Rhætis, quæ legiones Celticæ ſunt. Præter hos erant & prætoriæ cohortis omnium ſelectiſſimi ex fama virtutis, omniumque præſtantiſſimi viri. Cum his & Maurorum equitatus inſtructus erat, & ex Aſia copiæ Tyanenſes, & Meſopotamicæ, & Syriacæ, & Phœniſſæ, & Palæſtinæ, fortiſſimi dubio procul ordines. Et qui venerant è Palæſtina, præter arma cætera, clavas atque fuſtes ſecum adferebant. Exercitibus inter ſe congreſſis, viſus eſt equitatus Romanus ex aliqua parte deflectere, ne multitudine Palmyrenis equitibus noſtros ſuperantibus, & exercitum Romanum circumdantibus, præter ſpem ab eis ille tacite cingeretur. Palmyrenis

[1] Hic, ſi uſpiam, agendum eſt conjecturis. Interpolaris Leunclavii lectio ſic ſe habet. ἐχαιρον, κυκλον καὶ πῶτα τῆ ὁδοιποιίᾳ τὸ βασιλέως χωμένου. Quid ſi, ne loco moveatur τῆ ὁδοιποιίᾳ, ita legatur? τῆ ὁδοιποιίᾳ δὲ βασιλέως ἐχωμένου, locutione Zoſimo admodum familiari, verborum etiam affinitate haud ita refragante.

autem

autem equitibus eos perſequentibus qui pedem retro tulerant, & in hunc modum ordines ſuos deſerentibus, contrariam in partem Romanis equitibus, quod facere decreverant, ceſſit. Nam reapſe ab hoſtibus urgebantur, quibus longe inferiores erant. Quumque plurimi etiam caderent, tandem accidit ut univerſa pugna peditum virtute niteretur. Etenim quum illi Palmyrenorum aciem ruptam conſpexiſſent ex eo quod equites illorum in hoſte perſequendo toti eſſent, converſis ordinibus confuſos ac diſperſos adoriebantur. Secundum hæc ingens hominum cædes ſubſequi, illis quidem adverſarios conſuetis armis petentibus, Palæſtinis vero clavis & fuſtibus ictus inferentibus iis qui ferreis & æreis loricis ſe muniverant: id quod ex aliqua parte non parvam victoriæ cauſam præbuit, hoſtibus ad inſolitos clavarum ictus attonitis. Quum autem Palmyreni jam totis viribus fugerent, ac inter fugiendum ſeipſos obtererent, & ab hoſtibus interficerentur: tum vero campus omnis hominum equorumque cadaveribus compleri, & alii, quotquot effugere poterant, in urbem ſeſe recipere.

πέων τὸς ἐκκλίναντας διωκόντων, ἢ ταύτῃ τ τάξιν τ οἰκείαν παρεξηβόντων, εἰς ἐναντίον ἀπέβη τοῖς Ρωμαίων ἱππεῦσι τὸ βιαιοθέν. ἐδιώκοντο γὸ τῷ ὄντι, πολὺ τ πολεμίων ἐλαττωθέντες. ὡς δὲ καὶ ἔπλον πλεῖσοι, τότε δὴ τ πεζῶν τὸ παῦ ἔργον γενέσθαι συνέβη. τὴν γὸ τάξιν τοῖς Παλμυρηνοῖς ἀφεῖραιρεῖσαν ἰδόντες, ἐκ τ τὸς ἱππέας τῇ διώξει χρώμενοι, συστρεφέντες ἀτάκτοις αὐτοῖς ἢ ἐσκεδασμένοις ἐπέθεντο. ἢ φόνος ἦν ὁπὶ τύτῳ πολύς, τῶν μὲ τοῖς συνήθεσιν ὅπλοις ὀπλόντων ὅπλοις, τ ἢ ὑπὸ Παλαισίνης τὰς κορυνίας καὶ τὰ ξόπαλα τοῖς σιδήρῳ καὶ χαλκῷ τεθωρακισμένοις ὅπφερόντων. ὅπερ μάλισα τῆς νίκης ἐν μέρει γένεσιν αἴτιον, τῷ ξένῳ τῆς τῶν ξοπάλων ὅπφορᾶς τ πολεμίων καταπλαγέντων. φεύγόντων δὲ ἤδη τῶν Παλμυρηνῶν πανδοπάδει, καὶ ἐν τῷ φεύγειν ἑαυτοὺς τ συμπατουμένων, καὶ ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναιρουμένων, τὸ πεδίον ἐπλήρετο νεκρῶν ἀνδρῶν τ καὶ ἵππων, ὅσοι ἀφεθῆναι δεδύνηνται, τ πόλιν καταλαβόντων.

Zenobia non abs re, quod victa fuiſſet, ingenti mœrore adfecta, quid agendum eſſet ſedulo deliberabat: denique communi judicio viſum eſt omnibus, ſpem quidem rerum Emiſenarum abjiciendam eſſe,

Ἀθυμίας δὲ πολλῆς εἰκότως ὅπὶ τῇ ἥτῃ Ζηνοβίαν ἐχόσης, βιαίᾳ πανδύκειτο περὶ τ πανδικείου· καὶ κοινῇ γνώμῃ πᾶσιν ἐδόκει, τοῖς μὲ περὶ τ Ἐμισ πράγμασιν ἀπογνῶναι, διὰ τὸ ἢ τὰς Ἐμισηνὰς ἀγω-

τείως

τείως πρὸς αὐτὸν ἔχοντας τὰ Ρωμαίων αἱρεῖσθαι· Παλμύραν δὲ καταλαβεῖν, καὶ τῇ τῆς πόλεως ὀχυρῷ τῇ ἀσφαλείᾳ ὀπισθέμενος, χαλαίτερον σκοπῆσαι τὰ κατ' αὐτάς. ἐδόκει δὲ τῷ ἔργου καὶ λόγου τὸ μέσον, μηδὰ σπεύδειν ἐφ' ὅσῳ ἐδόκει.

Πυθόμενος δὲ τὴν Ζηνοβίας φυγὴν ὁ Αὐρηλιανὸς, εἰς μὲν τὴν Ἐμεσὸν εἰσήει, προθύμως αὐτὸν τῶν πολιτῶν δεχομένων εὑρὼν· πλοῦτον δὲ οὐχ οἷόν τε ἐγεγόνει Ζηνοβίᾳ μεταπομίσαι, φθάσαντα σὺν τῷ στρατῷ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Παλμύραν εἰσχεῖν. καὶ δείσασα τὴν πόλιν, κύκλῳ πανταχόθεν τὸ τεῖχος ἐπολιόρκει, τῆς ἐφοδείας ἐκ τῶν πλησιαζόντων ἐθνῶν τῷ στρατοπέδῳ χορηγουμένης. τῶν δὲ Παλμυρηνῶν ὀλιγωδαζόντων, ὡς ἀδυνάτου τὴν ἅλωσεως ἔσεσθαι, ἤδη δέ τινος καὶ εἰς αὐτὸν τὸν βασιλέα λόγους αἰσχροὺς ἀφιέντος, παρεσώς τις τῷ βασιλεῖ Πέρσης ἀνὴρ, εἰ κελεύεις, ἔφη, τὸν ὑβριστὴν τοῦτον ὀλίγῳ νεκρόν. ἐκκελευσαμένου δὲ τοῦ βασιλέως, προσπαίξαντος ἑαυτῷ πινὰς ὁ Πέρσης τῶν ὑποκρυπτομένων, ἐντείνας τὸ τόξον, καὶ βέλος ἁρμόσας ἀφίησιν. ὁ δὲ προσπεσὼν τῷ ἐπάλξεως τῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἐπὶ τὰς ὕβρεις ἐπαφιέντι προσπαγεὶς, καθάπερ ἦν τοῦ τείχους αὐτὸν, καὶ νεκρὸν τῷ στρατοπέδῳ καὶ τῷ βασιλεῖ δείκνυσιν.

Ἐπεὶ δὲ αὐτείχοῦντο πολιορκούμενοι, ἀσάμενοι τῆς ὀπτησείων ἀπο-

propterea quod ipſi Emiſeni alienis in eam animis, Romanorum partes ſequerentur: occupandam vero Palmyram, & oppido munito ſalute ſecuritateque ſua credita, de ſumma rerum in otio majore diſpiciendum. Dictum, factum: concurrebant omnes ad id quod decretum fuerat.

Aurelianus autem, fuga Zenobiæ cognita, Emiſam ingrediebatur, civibus alacriter eum excipientibus. Potitus opibus quas Zenobia ſecum auferre nequiverat, ſtatim cum exercitu Palmyram contendit. Quum eo veniſſet, & oppidum caſtris undique cinxiſſet, in obſidione perſtabat, vicinis gentibus exercitui commeatum ſuppeditantibus. Interim Palmyreni ridiculis principem jocis inſectabantur, quaſi fieri non poſſet ut oppidum caperetur. Quumque fœda verba quidam in ipſum imperatorem quoque jactitaret, adſtans ei quidam natione Perſa, ſi jubes, inquit, hominem maledicum jam mortuum conſpicies. Quum adnuiſſet imperator, Perſa quibuſdam ante ſe conſtitutis, per quos ipſe tegeretur, arcum tendit, & aptatum ei telum emittit: quod defixum in hominem extra muri pinnam conſpectantem, & contumelias iſtas adhuc effutientem, illum de muro dejecit, & militibus ac imperatori mortuum oſtendit.

Quum obſeſſi reſiſterent, qui hoſtes ob inopiam commeatus

obſidionem ſoluturos ſperaverant, & propoſito ſuo conſtanter inhærentes, ſe quoque conſpicerent alimentorum penuria premi, habito conſilio ſtatuunt, ad Euphratem profugiendum eſſe, atque iſtic à Perſis quærendum auxilium, novaſque contra Romanos res moliendas. His ita deliberatis, Zenobiam camelo feminæ impoſitam (ſunt autem illæ velociſſimæ, & ipſos equos celeritate ſuperant) ex oppido ſubducunt.

Aurelianus, Zenobiæ fugam permoleſte ferens, de induſtria naturali nihil remittit, ſed confeſtim ablegat equites qui eam perſequerentur. Hi quum illam adtigiſſent jam ipſum Euphratem transjecturam, de navi receptam ad Aurelianum perducunt. Ille, propter inopinatum ſpectaculum maxima lætitia perfuſus, tamen quod ambitioſo natura homini ad animum accidiſſet, futurum ut ob victam feminam non magnam apud poſteros gloriam inveniret: quandam animi moleſtiam ſentiebat.

Palmyrenorum vero qui oppido incluſi obſidebantur, partim hi erant animi ut oppidum periculo ſuo propugnare vellent, omnibuſque viribus bellum Romanum ſuſtinere: ἀπαγορεύσειν τὸς πολεμίους ἐλπίσαντες, καὶ [1] ἐγκρατεῖς γενόμενοι καὶ αὐτοὶ ἔφης ἐνδεία πιεζόμενοι, γνώμην ποιοῦνται ὅπως τὸν Εὐφράτην διαπεύσονται, κἀκεῖσε παρὰ Πέρσων βοήθειαν εὑρέσθαι, τοῦ διαβατὰ τοῖς Ρωμαίοις νεώτερα μηχανήσασθαι. ταῦτα βουλευσάμενοι, καὶ καμήλῳ τὴν Ζηνοβίαν ἀναβιβάσαντες (αἱ δὲ καμήλων εἰσὶ τάχιστοι, καὶ ἵππους ὑπερφέρουσι τάχει) τὴν πόλεως ὑποδύονται.

Αὐρηλιανὸς δὲ ἀχθόμενος ὅτι τὴν τῆς Ζηνοβίας φυγὴν, τὴν καλὴν φύσιν καὶ ἐνδοξον δρασμείῳ, πέμπει παραχρῆμα τοὺς διώξοντας ταύτην ἱππέας. οἱ δὲ, καταλαβόντες ἤδη τὸν Εὐφράτην αὐτὴν μέλλοντα διαπλεῖν, καταγαγόντες τε ἐπὶ τὸ πλοῖον, πρὸς τὸν Αὐρηλιανὸν ἄγουσιν. ὁ δὲ τῷ μὲν ἀπροσδοκήτῳ τῆς θέας περιχαρὴς ἐγεγόνει· φιλότιμος δὲ ὢν φύσει, λαβὼν κατὰ νοῦν ὡς γυναικὸς κρατήσας καὶ ἔσαι τοῖς ἐσομένοις ἐπίδοξος, [2] ἐδυσχέραινεν.

Τῶν δὲ ἐναποκεκλεισμένων τῇ πόλει Παλμυρηνῶν αἱ γνῶμαι, τὴν μὲν, προκινδυνεύειν τῆς πόλεως ἐθελόντων, καὶ ἀμφιπολεμεῖν παντὶ σθένει Ρωμαίοις· τὴν δὲ, ἱκετηρίας ἀπὸ τοῦ

1. Steph. ἐγκρατεῖς γενόμενοι.

2. Atqui conſtat ex miſſis ab Aureliano ad Mucaporem literis hunc triumphum non adeo vilem æſtimaſſe, cum Zenobiam digniſſimo ornet elogio, *quod non quaſi famina pugnaveris, quaſi mortem timens.*

τείχους

τείχους προτεινομένων, αἰτούντων τε συγγνώμην ὑπὲρ τοῖς προλαβοῦσι. δεξαμένου δὲ τοῦ βασιλέως τὴν ἱκετείαν, καὶ δακρύειν ἀφειλκυσαμένου, πρὸ τῆς πόλεως ἐξεχέοντο, δῶρα καὶ ἱερεῖα προσάγοντες. Αὐρηλιανὸς δὲ τὰ μὲν ἱερεῖα τιμήσας, τὰ δὲ δῶρα δεξάμενος, [1] ἀδεῶς ἀφίει.

Τῆς δὲ πόλεως γυμνωθείσης κύκλῳ, καὶ τοῦ χρυσίου παντὸς καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς καὶ ἀναθημάτων κρατήσας, ἐπανῆγεν εἰς τὴν Ἐμέσην, εἰς κρίσιν ἄγων Ζηνοβίαν τε καὶ τοὺς ταύτῃ συναραμένους. ἐπεὶ δὲ αἰτίας ἔλεγεν, ἑαυτῇ [2] ἐξαίρουσα, πολλοὺς τε ἄλλους εἰς μέσον, ὡς φαρμακεύτριαν οἷα γυναῖκα· [3] ἐν οἷς καὶ Λογγῖνος ἦν, ἃ συγγράμματα δῆλα τοῖς παιδείας μεταποιουμένοις ὄφελος φέρουσα. ὧν ἐφ' οἷς κατηγορεῖτο ἐλεγχομένων, θάνατος ἡμία ἐπέθηκεν, ὃν ἔτι γενναίως ἤνεγκεν ὁ Λογγῖνος, ὥστε καὶ τοὺς χιλιάζοντας ὑπὲρ τοῦ πάθους παραμυθεῖσθαι. καὶ ἄλλων δὲ Ζηνοβίας κατειπόντων κολάσεις ἐπηγμένων.

Ἄξιον τὰ συνενεχθέντα πρὸ τῆς Παλμυρηνῶν καθαιρέσεως ἀφηγήσασθαι, εἰ καὶ πλὴν ἰσοδείαν ἐν ὀπισθο-

partim de muro geſtus ſupplices oſtendebant, & præteritorum veniam poſcebant. Quum imperator hanc ſupplicationem accepiſſet, eoſque bono animo eſſe juſſiſſet, extra oppidum effuſi, dona cum victimis adducebant. Aurelianus, honore victimis habito, doniſque ſuſceptis, illæſos dimittebat.

Oppido ſuam in poteſtatem redacto, quum divitiis ejus, & ſupellectile reliqua & donariis potitus eſſet, Emiſam reverſus, Zenobiam cum illis qui eam juverant pro tribunali ſtitit. Illa, cauſas exponens, & culpa ſemet eximens, multos alios in medium producebat, qui eam veluti feminam ſeduxiſſent: quorum in numero & Longinus erat, cujus exſtant ſcripta magnam doctrinæ ſtudioſis utilitatem adferentia. Ei convicto de his propter quæ accuſabatur, ſtatim pœnam mortis imperator ſtatuit: quam adeo fortiter Longinus pertulit, ut illos etiam qui hanc calamitatem ejus indigno ferebant animo, conſolaretur. Itidem alii, quos Zenobia detulerat, ſuppliciis adficiebantur.

Fuerit autem pretium operæ, quæ ante Palmyrenorum everſionem accidere, narrare: licet hanc hiſtoriam velut in

1. Aureliani tamen literæ Ceionio Baſſo datæ ſic auſpicantur: *non oportet ulterius progredi militum gladios, jam ſatis Palmyrenorum caſum atque occiſum eſt. &c.*
2. Ἐξαιρῶσα Sylb.
3. Καὶ δὴ καὶ Λογγῖνον, propter πολλούς τε ἄλλους. Steph.

transcurſu texere videar, propter inſtitutum operis noſtri, quod in proœmio declaravimus. Quum enim Polybius expoſuerit quo pacto imperium perexiguo tempore Romani adquiſiverint, ego quo pacto temporis non magno ſpatio ſuis delictis idem perdiderint, indicaturus ſum. Sed hæc, ubi ad eam hiſtoriæ partem acceſſero Palmyrenis ergo potitis imperii Romani non exigua parte, ſicuti recenſuimus, multa divinitus denuntiata ſunt, quæ poſtea ſequutam everſionem eis portenderent. Et quænam illa fuerint, dicam. Seleuciæ, quod eſt oppidum Ciliciæ, templum Apollinis erat, quem Sarpedonium vocant, & in eo oraculum. De hoc quidem deo quæ perhibentur, & quod omnibus ab illuvie locuſtarum vexatis Seleuciadas dare ſolitus fuerit, (eæ ſunt aves quæ in locis propter fanum hoc ſitis degunt) & cum petentibus eas dimittere, quæ cum locuſtis circumvolitantes, & roſtris eas capientes, infinitam earum multitudinem ſtatim momento quaſi temporis abſumebant, & homines ab illarum clade liberabant: hæc igitur ejus temporis hominum felicitati relinquo, quum ætas noſtra divinum illud beneficium repu-

μὴ φαίνομαι ποιησάμενος, διὰ τὸ εἰρημένον ἐν προοιμίοις μοι τοῦτο ἔστιν. Πολύβιος γὰρ ὅπως ἐκτήσαντο Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διεξελθὼν, ὅπως ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ σφίσιν αὐτοκαταλήψιν αὐτὴν διέφθειραν, ἔρχομαι λέξων. ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἐπειδὴν ἐν ἐκείνῳ γίνωμαι τῆς ἱστορίας τοῦ μέρει. Παλμυρηνοῖς δὲ μέρους οὐκ ὀλίγου τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἤδη κεκρατηκόσιν, ὡς διεξῆλθον, ἐκ τοῦ θείου πολλὰ προεμηνύθη, τὴν συμβᾶσαν αὐτοῖς ὀλέθρου καταίρεσιν. τίνα δ' ταῦτα, ἐρῶ. ἐν Σελευκείᾳ τῇ πρὸς Κιλικίαν Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἵδρυτο, καλουμένου Σαρπηδονίου, καὶ ἐν τούτῳ χρηστήριον. τὰ μὲν οὖν περὶ τοῦ θεοῦ τούτου λεγόμενα, καὶ ὡς ἅπασι τοῖς ὑπὸ λοιμοῦ ἀκρίδων ἐνοχλουμένοις Σελευκιάδας ἀφιᾶσιν (ὄρνεα δ' ταῦτα ἐνδιαιτώμενα τοῖς περὶ τὸ ἱερὸν τόποις) συμπέμπειν τοῖς αἰτοῦσιν· αἱ δ' ταῖς ἀκρίσι συμπεριπλάμεναι, καὶ τοῖς στόμασι ταύτας δεχόμεναι, θαυμαστὸν πλῆθος τὸ ἄπειρον ἐν ἀκαριαίῳ διέφθειρον, καὶ τῆς ἐκ τούτων βλάβης τοὺς ἀνθρώπους ἀπήλλαττον· ταῦτα μὲν τῇ πάλαι τὰ τῶν ἀνθρώπων δαιμόνια παρίημι, [1] τὰ καθ' ἡμᾶς γοῦν ἀποτεισαμένης θείαν συμφοράν. τοῖς Παλμυρηνοῖς

1. Nihil mitius deinceps à Pagano expectandum, qui cum animum habuerit à Chriſtianâ religione alieniſſimum, ubi facto eſt opus, totus futurus eſt in contumeliis.

δὲ

δὲ χρωμένοις εἰ καθέξουσι τὸ τῆς ἐμφύλου ἡγεμονίας, ἔχρησεν ὁ θεὸς ὧδε πως,

[1] Ἔξιτε μὴ μακάρων ἀπατήμονες ἄλιοι ἄνδρες,

Φύτλης ἀθανάτων ἐκπαγλέος ἀλγεσιτῆρες.

Παυθησομένοις δέ ποτε περὶ τῆς Αὐρηλιανοῦ καὶ Παλμυρηνῶν στρατείας, ὁ θεὸς ἀνεῖλε,

Κίρκος τερπόμενον ἱερὸν γόον ἡγεμονεύων.

Οἷς πολλοῖσιν ταὶ δὲ φέρουσι φόνοι.

Καὶ ἕτερον δὲ Παλμυρηνοῖς συνενήνεκται τοιοῦτον. Ἄφακα χωρίον ἐστὶ μέσον Ἡλιουπόλεως τῆς καὶ Βίβλου, καθ' ὃν ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται. τούτῳ πλησίον λίμνη πώς ἐστιν εἰκυῖα χρηποιήτῳ δεξαμενῇ. καθ' ἣν τὸ ἱερὸν καὶ σὺν πλησιάζοντας πύπτως πῦρ ὅπερ τοῦ ἀέρος λαμπάδος ἢ σφαίρας φαίνεται δίκην, [2] σωβδοῦν ἐν τῷ τόπῳ χόανοις ταχέως γινομένων. ὅπερ καὶ μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐφαίνετο χρόνου. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ εἰς τιμὴν τῆς θεᾶς δῶρα προσέφερον οἱ συνιόντες ἔκ τε χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένα. καὶ ὑφάσματα μέντοι λινᾶ καὶ βύσσου, καὶ ὕλης ὕλης πλουτέρας. καὶ εἰ μὲ δεκτὰ

diaverit. Cæterum Palmyrenis oraculum conſulentibus, an orientis imperium habituri eſſent, in hæc verba Deus reſpondit,

Fallaces pravique domo diſcedite noſtra,

Qui nimis uſque graves diis immortalibus eſtis.

Itidem quibuſdam conſulentibus de Aureliani adverſus Palmyrenos expeditione, Deus oraculum hoc edidit,

Falco præit ſacro luctu compluribus unus,

Quæ tamen haud ceſſant hoſtem exhorrere, columbis.

Præterea quid aliud tale Palmyrenis accidit. Aphaca locus eſt inter Heliopolim & Biblum, ubi fanum eſt Veneris Aphacitidis. Propter fanum iſtud lacus quidam eſt, ciſternæ manu factæ ſimilis. Juxta fanum & vicina loca ignis inſtar lampadis aut globi conſpicitur, quoties ſtatutis temporibus ibi conventus habentur: qui quidem ad noſtram ætatem uſque conſpectus fuit. Ad lacum dona, quotquot ibi conveniebant, in honorem deæ ferebant, ex auro & argento facta, itemque telas lineas, & byſſinas, alteriuſque materiæ precioſioris. Ac ſi quidem illa viderentur accepta,

1. Atqui credideram Pana magnum dudum obmutuiſſe.

2. Conſultiſſima ignis coruſcatio, quæ ratas ſibi leges habet, certa apparendi tempora! fagax illa aquarum ſolertia non ſine delectu dona admittentium! (*levioribus nimirum ſemper repudiatis.*) Petita hæc ab utroque elemento miracula à Zoſimo tam pertinaciter propugnata nobis abunde indicant quali erga nos animo futurus ſit, qui confictis pro Gentiliſmo mendaciis tantum tribuit. Ubi neceſſe habeo lectorem præfari me non authorem alias ſatis elegantem & qui omnium manibus teratur, digniſſimum infectari, ſed vitæ inſtituturn Chriſtiano nomini infenſiſſimum.

pari

pari cum aliis pondere panni quoque ſubſidebant: ſin eſſent ingrata & reiicula, tum ipſas telas aquæ videre erat innatantes, tum ſiquid erat ex auro & argento, & aliis materiis, quarum eſt ea natura ut ſupra aquam ſe non attollant, ſed demergantur. Palmyreni ergo, quum tempore celebritatis, anno ante ſuum interitum proximo conveniſſent, & in honorem deæ dona partim aurea, partim argentea, partim textilia conjeciſſent in lacum, eaque omnia demergerentur in profundum: anno proximo, celebritatis ejuſdem tempore, viſa ſunt in ſuperficiem evecta. qua re dea quid futurum eſſet ſignificabat.

Ac numinis quidem erga Romanos benevolentia, quamdiu ſacræ cæremoniæ ſervarentur, hujuſmodi fuit. Verum poſteaquam ad ea tempora pervenero, quibus temporibus Romanum imperium paullatim ad barbariam quandam redactum, exiguam ad magnitudinem, eamque plane labefactatam, decrevit: tum vero etiam cauſſas ejus infelicitatis exponam, & oracula pro viribus adjiciam, quibus oraculis ea quæ contigere ſunt indicata.

Interim tempus eſt ut eo revertar unde digreſſus ſum, ne ſeriem hiſtoriæ imperfe-

ἐφάνη, παραπλησίως τοῖς βάρεσι καὶ τὰ ὑφάσματα καταδύεσθαι· εἰ δὲ ἄδηλα καὶ ἀπόβλητα, αὐτά τε ὁρᾶν ἐπιπλέοντα τῷ ὕδατι τὰ ὑφάσματα, καὶ εἴ τι ἦν ἐν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ ἄλλαις ὕλαις, αἷς φύσει καὶ αἴρεσθαι ὅπερ τὸ ὕδατος, ἀλλὰ καταδύεσθαι. τῆς Παλμυρηνῶν τότε ἐν τῷ πρὸ τῆς καθαιρέσεως ἔτει συλλόγων ἐν τῷ τῆς ἑορτῆς καιρῷ, καὶ εἰς πρόνοιαν τῆς θεοῦ δῶρα χρυσᾶ καὶ ἀργύρα καὶ ὑφασμάτων τῆς λίμνης ἀφέντων, πάντων τε τὰ βάθη καταδυόντων, καὶ τὸ [1] ἐχόμενον ἔτους ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς ὥρᾳ θεᾷ αἰωρούμενα πάντα, τὰ θεοῦ διὰ τούτου τὰ ἐσόμενα δηλοῦντος.

Ἡ μὲν οὖν εἰς Ῥωμαίους εὐμένεια τοῦ θείου, τῆς ἱερᾶς ἀγωγείας φυλαττομένης, τοιαύτη. ἐπειδὰν δὲ εἰς ἐκείνους ἀφίκωμαι τοὺς χρόνους, ἐν οἷς ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ καὶ βραχὺ [2] βαρβαρωθεῖσα εἰς ὀλίγον πᾶν, καὶ αὐτὸ ἀφανισθεῖσα, ὥστε σπανιώτατα καὶ τὰς αἰτίας ἅπασας τῆς δυσχημάτου, καὶ τοὺς χρησμοὺς ὡς ἂν οἷός τε ὦ παραθήσομαι, τοὺς τὰ συνενεχθέντα μαντευσαμένους.

Ἐπανελθεῖν δὲ τέως καιρὸς ὅθεν ἐξέβαλον, ἵνα μὴ τὴν τάξιν τῆς ἱστορίας ἀτελῆ δόξω καταλιμπάνειν.

1. Eodem ſenſu utitur Laertius adv. ἐχομένως, Pro *deinceps*.

2. En æruginem meram, & in authorem, qui illam evomuit, optimo jure retorquendam!

Αὐρηλι-

Αὐρηλιανῷ τοίνυν ὀπὶ τὴν Ἑῴαν ἐλαύνοντι, καὶ συνεπάγοντος οἱ Ζηνοβίαν τε καὶ τὸν παῖδα τὸν παύτης, καὶ πάντας ὅσοι τῆς ἐπαναστάσεως αὐτοῖς ἐκοινώνησαν, αὐτὴν μὲν Ζηνοβίαν φασὶν ἢ νόσῳ ληφθεῖσαν, ἢ σοφίᾳ [1] ἀπαλλαγῆναι καὶ ἀναχρήσασαν, ἀποθανεῖν. τοὺς δὲ ἄλλους πλὴν τοῦ Ζηνοβίας παιδὸς ἐν μέσῳ τῷ μεταξὺ Χαλκηδόνος καὶ Βυζαντίου πορθμῷ καταποντωθῆναι.

Ἐχομένου δὲ Αὐρηλιανοῦ τῆς ὀπὶ τὴν Εὐρώπην ὁδοῦ, κατέλαβεν ἀγγελία τοιαύτη, ὡς τῶν ἐν Παλμύρᾳ καταλειφθέντων τινὲς Ἀψαῖον ὠθαλαττόντες, ὃς καὶ τῶν προειλημμένων αὐτοῖς γέγονεν αἴτιος, ἀποπειρῶνται Μαρκελλίνου τοῦ καθεσταμένου τῆς μέσης τῆς ποταμίας παρὰ βασιλέως ὑπαρχου, καὶ τὴν τῶν ἑῴων ἐγκεχειρισμένου διοίκησιν, εἴπως ἀνέξεται χλαμύδα βασίλειον ἑαυτῷ περιθεῖναι. ὁ δὲ εἰς τὸ ἀσφαλὲς τὸ πρακτέον ἀναβαλόμενος, τὰ παραπλήσια καὶ αὖθις καὶ πολλάκις ἠνώχλουν. ὁ δὲ ἀποκείσεσι χρώμενος ἀμφιβόλοις, αὐτὸς μὲν Αὐρηλιανῷ τὸ σκάφος κατεμήνυσεν· Παλμυρηνοὶ δὲ Ἀντιόχῳ περιθέντες ἁλουργῆ ἱμάτιον, καὶ τὴν Παλμύραν εἶχον.

Αὐρηλιανὸς δὲ ταῦτα ἀκηκοὼς, αὐτόθεν ὡς εἶχεν ὀπὶ τὴν ἑῴαν ἐστέλλετο. καταλαβὼν δὲ τὴν Ἀντόχειαν relinquere videar. Igitur Aureliano versus Europam movente, Zenobiamque cum filio, & cæteris omnibus qui rebellionis participes fuerant, secum ducente: Zenobiam quidem ipsam aiunt, vel morbo correptam, vel à cibis abstinentem, decessisse: reliquos autem, excepto Zenobiæ filio, in medio interjecti Chalcedoni Byzantioque freti submersos.

Eodem Aureliano iter Europæum persequente, nuncius adlatus est hujusmodi, quosdam scilicet relictos apud Palmyram, nactos Apsæum, qui & præteritorum auctor eis exstiterat, tentare Marcellinum, Mesopotamiæ ab imperatore præfectum, cui & orientis administratio credita fuerat, ut imperatoria veste se circumdari pateretur. Illo, deliberandi causa quid esset agendum, rem protrahente, consimili modo rursus ac sæpius quidem ei molesti erant. Verum ipse responsis ambiguis utens, quid facere constituisset, Aureliano significabat. Palmyreni autem, quum Antiocho vestem purpuream injeciissent, apud Palmyram se continebant.

His auditis, mox Aurelianus, ut instructus erat, orientem versus proficiscitur. Quum Antiochiam veniisset, ac popu-

1. Μεταλαβεῖν. Steph. Huic, inquit Pollio, ab Aureliano vivere concessum est, ferturque vixisse cum liberis matronæ jam more Romanæ, data sibi possessione in Tiburti quæ hodieque Zenobia dicitur.

lo peragendis ludis equeſtribus intento ſemet exhiberet, omnibus ob inopinatum ejus adventum peterritis, Palmyram copias duxit. Quumque ſine prœlio cepiſſet oppidum, & evertiſſet, Antiochum propter humilitatem ne ſupplicio quidem dignum arbitratus, dimiſit. Alexandrinis etiam, qui ſeditiones excitaverant, & ad defectionem ſpectaverant, celeriter in ordinem redactis, cum triumpho Romam ingreſſus, maximo populi ſenatuſque concurſu exceptus eſt. Tunc & templum Solis magnifice conſtructum, donariis quæ Palmyra ſecum advexerat, collocatis in eodem Solis & Beli ſimulacris, ornavit. His rebus geſtis, Tetricum & alios perduelles nullo labore victos pro dignitate punivit. Itidem novam monetam publice diſtribuit, quum plebem, quicquid haberet adulterinæ monetæ, tradere juſſiſſet: commerciis hoc modo ab omni confuſione vindicatis. Præter hæc & panum honorario munere populum Romanum donavit: omnibusque rebus conſtitutis, Roma diſceſſit.

Quum apud Perinthum hæreret, quæ mutato nomine jam Heraclea dicitur, hujuſmodi adverſus eum ſtructæ ſunt in-

αν, καὶ ἵππων ἀμίλλης ὀπτελεμώνης τῷ δήμῳ φανεὶς, καὶ πᾶ ἀδοκήτῳ πάντας ἐκπλήξας, ὅτι τὴν Παλμύραν ἤλασεν. ἀμαχητὶ δὲ τ πόλιν ἑλὼν, καὶ καθελὼν, καὶ τιμωρίας ἄξιον Ἀντίοχον διὰ τὴν ἀτέλειαν εἶ νομίσας, ἀφῆκε. σὺν τάχῃ δὲ καὶ Ἀλεξανδρέας σταιάσαντας καὶ πρὸς ἀπόστασιν ἰδόντας παρεσκευάμθ, θριαμβεύσας εἰς τὴν Ῥώμην εἰσαγαγὼν, μεγίστης ἀποδοχῆς ἐκ τ δήμου καὶ τῆς γερουσίας ἐπέτυχεν. ἐν τούτῳ καὶ τὸ τ Ἡλίου δεμάμθ ἱερὸν μεγαλοπρεπῶς τοῖς ἀπὸ Παλμύρας ἐκόσμησεν ἀναθήμασιν, Ἡλίῳ τ καὶ Βήλῳ καθιδρύσας ἀγάλματα. τούτων ὕστω διωκημένων, Τέτρικον καὶ ἄλλους ἐπαμυνάντας ὑ σὺν πόνῳ καθελὼν, 1 καὶ τ ἀξίαν μετῆλθεν. ἤδη δὲ καὶ ἀργύριον νέον δημοσίᾳ διέδωκε, τὸ κίβδηλον ἀποδόσθαι τοὺς ἀπὸ τῆ δήμου παρασκευάσας, τούτῳ τ τῆ συμβόλαια συγχύσεως ἀπαλλάξας. ὅτι τούτοις καὶ 2 ἄρτων δωρεᾷ τὸν Ῥωμαίων ἐτίμησε δῆμον. ἀφ' ἑαυτοῦ δὲ ἅπαντα, τ Ῥώμης ἐξώρμησε.

Διατρίβοντι δὲ αὐτῷ καὶ τὴν Πέρινθον, ἣ νῦν Ἡράκλεια μετονόμασται, συνίσταταί τις ὀπτουλὴ

1. Sed Tetricum, referente Pollione, non ſolum paſſus eſt vivere, quin & totius Italiæ correctorem fecit.

2. *Panibus urbis Romæ unciam auxit de Ægyptio Vectigali*; de quo facto non parum gloriatur in epiſtolâ ad Præfectum annonæ miſſâ. Videſis Vopiſcum.

τοιάδε.

τοιάδε. ἦν τις ἐν τοῖς βασιλείοις Ἔρως ὄνομα, ᾧ ἔξωθεν φερομένων ἀνακρίσεων μίαν τῆς τελευτῆς. τούτῳ παίσματί τινι ἐπέσχεν ὁ βασιλεὺς ἀπειλήσας, εἰς φόβον καθέσπερ. ἢ δεδιὼς μὴ τοῖς ἀπειλαῖς ἔργον ἐπιτεθείη, τοῖς δορυφόροις πᾶσιν, ὡς μάλιστα ταλαιπωροτάτοις ἤδη, κοινολογεῖται· καὶ γράμματα δείξας ἀπ' αὐτῶν εἰς τύπον τῶν βασιλέως γραμμάτων αὐτὸς μιμησάμενος, (ἐκ πολλοῦ γὰρ οἱ τὰ τῆς μιμήσεως ἐκμεμελέτητο) πείθει θάνατον ὑφορωμένους, (τοῦτο γὰρ ἐκ τῶν γραμμάτων τεκμήρασθαι) πρὸς τὸν βασιλέως ὁρμῆσαι σφαγάς. ὑπερησπάσαντες δὲ αὐτὸν ἐξιόντα τῆς πόλεως δίχα τῆς ἀφύλακτος φυλακῆς, ἐπελαυνουσιν· οἱ πάντες ἐπαναγόντες τὰ ξίφη, διαλείφ. αὐτὸς μὲν οὖν ἐτάφη μεγαλοπρεπῶς αὐτόθι ἐν τῷ στρατοπέδῳ, τῶν ἔργων ἕνεκα καὶ τῶν κινδύνων, ὧν ὑπὲρ τῶν καινῶν ἀπεδείξατο πραγμάτων.

Τακίτῳ δὲ τὸ Ῥώμης ἀναδεξαμένῳ βασίλειον, οἱ πρὸ αὐτοῦ ἔσχον, Σκύθαι διὰ τῆς Μαιώτιδος λίμνης διαβαθέντες, διὰ τοῦ Πόντου τὰ μέχρι Κιλικίας ἐπόρθουν. οἷς ἐπεξελθὼν Τάκιτος, τοὺς μὲν αὐτὸς καταπολεμήσας ἐξέλυσε, τοὺς δὲ Φλωριανῷ τῷ ἐπαρχῳ τῷ ἑαυτοῦ ἐπιτρέψας, ὅπως πρὸς

fidiæ. Erat quidam in aula cui nomen eſſet Eros, ab imperatore ad efferenda foras reſponſa ſua deſtinatus. Huic delicti cujuſdam cauſa minatus imperator, metum injecit: quo perculſus, ne forte minas haſce res ipſa comitaretur, cum ſatellitibus quibuſdam, quos audaciſſimos cognoverat, re communicata, monſtratiſque literis quas ad formam literarum imperatoris effinxerat, (quippe jamdudum ad hanc imitationem ſe ſtudioſe condocefecerat) mortem imminere ſibi ſuſpicantibus (id enim de literis colligi certis argumentis poterat) perſuadet ut imperatori cædem intentarent. Itaque quum principem obſervaſſent egreſſum ex urbe ſine ſatis magna cuſtodia corporis, in eum irruunt, & omnes ſtrictis gladiis hominem interficiunt. Sepultus eſt ibidem ab exercitu magnifice, rerum geſtarum periculorumque cauſa, quæ pro republica exantlaverat.

Tacito autem Romanum imperium conſequuto, Scythæ transjecta palude Mæotide, per Pontum in Ciliciam uſque incurſionibus omnia vexarunt, quos adgreſſus Tacitus, partim debellatos ad internecionem delevit, partim Floriano prætecto prætorio debellandos tradidit, & in Europam ipſe con-

1. Vopiſco audit Mneſtheus, qui Aurelianum tradit Muſcaporis manu interfectum; in cæteris cum Zoſimo convenit.

tendit: ubi lapſus in inſidias, ex hujuſmodi cauſa necatur. Maximino propinquo ſuo imperium Syriæ conceſſerat: is principes in republica viros aſperrime tractans, invidiam pariter & metum in eis excitavit: quæ quum odium peperiſſent, tandem ad inſidias ventum eſt, quarum in ſocietatem admiſſis illis qui Aurelianum necaverant: Maximinum adgreſſi trucidant, & perſequuti moventem caſtra Tacitum interficiunt.

Hinc ad perturbationem civilem res redierunt, aliis in orientem Probum imperatorem deligentibus, aliis Romæ Florianum. Ac Probus quidem obtinebat Syriam, & Phœnicen, & Palæſtinam, & Ægyptum univſeram: ſitas vero à Cilicia regiones ad Italiam uſque, Florianus. Eidem & tranſalpinæ nationes parebant, Galli & Hiſpani, cum inſula Britannica: prætereaque omnis Africa cum Mauritanis gentibus.

Ambobus ad bellum inſtructis, Tarſum Florianus veniens, ibidem caſtra locanda ſtatuit, victoria contra Scythas in Boſporo ſemiperfecta relicta, qua re factum eſt ut jam circumſeſſis ad ſua redeundi copiam concederet. Cæterum Probo bellum terente, veluti

Εὐρώπλῳ ἐξώρμησεν. ἔνθα δὴ καὶ εἰς ὄπλα καλῶν ἐμπεσών, ἐξ αἰτίας ἀναιρεῖται τοιᾶσδε. Μαξιμίνῳ γὴν παρακοσμοῦντι τὴν Συρίας ἀρχὴν ἔδοξε δεδωκέναι· ἐπεὶ τοῖς ἐν τέλει πράγμασι τὰ μετέωρα φρονοῦσι, εἰς φθόνον ἅμα καὶ φόβον καθίστησι. πολλῶν δὴ τούτων μᾶλλον, τὸ λειπόμενον εἰς ὅπλα ἐτελεύτησεν. οἷς κοινωνὸς ποιησάμενοι τοὺς Αὐρηλιανὸν ἀνελόντας, αὐτοὶ μὲν ὅπλα ἔμελλον Μαξιμίνῳ κατὰ σφᾶς ἀναλήψεσθαι· ἀναλαβόντες δὲ ἀναιροῦσι Τάκιτον, [1] ἀναιροῦσιν.

Ἐντεῦθεν εἰς ἐμφύλιον καθίστη τὰ πράγματα παραχρῆμα. οἱ μὲν γὰρ ἐώων, βασιλέα Πρόβον ἑλομένων· οἱ δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην, Φλωριανόν. καὶ Πρόβῳ μὲν εἶχε Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην καὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν· τὰ δὲ ἀπὸ Κιλικίας μέχρις Ἰταλίας, Φλωριανός. ὑπήκουον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη, Γαλάται καὶ Ἴβηρες, ἅμα τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ· καὶ πρὸς γε ἅπασα Λιβύη, καὶ τὰ Μαυρήσια φῦλα.

Παρασκευασμένων δὲ εἰς πόλεμον ἀμφοτέρων, εἰς [2] Ταρσὸν ὁ Φλωριανὸς ἀφικόμενος, [2] αὐτῇ στρατοπεδεύειν ἐγνώκει, ἔτι κατὰ τὴν ἐν τῷ Βοσπόρῳ Σκυθῶν νίκην ἡμιτελῆ καταλελοιπώς· ταύτην τε καὶ τοῖς ἐγκλεισμένοις ἐνδοὺς τὰ οἰκεῖα καλαλαβεῖν. πείθονται δὲ Πρόβῳ τὸ πο-

1. *Interemptus eſt inſidiis militaribus ut alii dicunt, ſexto menſe ut alii, morte inertiæ.* Vopiſcus.

2. Ἐν αὐτῇ. Steph.

λεμῶν,

λεμον, οἷα καὶ ἐξ ἐλαττόνων πολλῶν δυνάμεως αὐτὸν ἀναδεξαμένης, κατὰ τὰ Ταρσὸν ἐν τῷ θέρει γενομένην καύματος; ἀηθισάντες οἱ Φλωριανῷ στρατιῶται, διὰ τὸ ἐκ τῆς Εὐρώπης τὸ πλέον τῆς στρατιᾶς εἶναι, νόσῳ δεινῇ ἐπιπίπτουσιν. ὅπερ μαθὼν ὁ Πρόβος, εἰς καιρὸν ὑπηθέως διέγνω. τῆς δὲ Φλωριανῆς στρατιωτῶν καὶ παρὰ δυνάμιν ἐπεξιόντων, ἐλαφρὸν μὲν ἀκροβολισμοὶ πρὸ τῆς πόλεως· ἔργου δὲ ἑτέρου ἀφηνίασιν ἀξίου προσχόντος, ἀλλ' ὑποστάντων ἀμήλων τὴν στρατοπέδων, ἐλθόντες μετὰ ταῦτα τινὲς τῶν ἅμα Πρόβῳ στρατευομένων, παραλύουσι Φλωριανὸν τῆς ἀρχῆς. ὃ γενομένης, χρόνον μὲν ἐφυλάχθη τινά· ἔπειτα δὲ αὐτὸν καὶ αὐτῶν τῶν Πρόβου προαίρεσιν τοῦτο μεγίστων λεγόντων, ἀναλαβεῖν τὴν ἀλουργίδα Φλωριανὸς αὖθις ἐπεχείρει. μάχης ἐπανηθόντες οἱ τὰ Πρόβῳ σὺν ἀληθείᾳ εἰδότα μισοῦντες, ἀναιρεθῶσι δὴ καὶ τῶν οἰκείων τινὲς Φλωριανὸν πεποίηκασι.

Περιστάσης δὲ τῆς βασιλείας εἰς Πρόβον, ἐλαττόνων ὄντα τὰ πρῶτα, πρόσιμον ἐποιήσατο τὴν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ προθέσεων ἔργον ἐπαινετόν, παρὰ γὰρ τῶν ἀνελόντων Αὐρηλιανὸν καὶ ὑπηθεμένων Ταχίτῳ δίκην ἔγνω λαβεῖν· καὶ πρόφασιν μὲν ἡ πρόθεσις τὸ βουλόμενον, δέος τε μή τινα ταραχὴν ἐκ τούτου συμβῶσι, λόχον δὲ στήσας ἀνδρῶν οἷς τοῦτο τεταγμένον

qui longe minoribus illud copiis ſuſceperat, per æſtatem magno quodam æſtu Tarſi exorto, qui erant in caſtris Floriani milites caloris inſueti, quod major exercitus pars ex Europa foret, diro morbo peribant; quo cognito, Probus in tempore tentandum hoſtem ſtatuit. Floriani militibus etiam ultra vires egreſſis, velitationes quidem ante urbem fiebant: ſed quod nihil dignum commemoratione geſtum fuiſſet, diremtis exercitibus accedentes quidam, qui Probo militabant, imperio Florianum abdicant. Quo facto, ad tempus aliquod cuſtoditus fuit: ſed quum ſui dicerent, non hoc de Probi factum ſententia, purpuram Florianus iterum ſumſit, donec reverſi, qui ſignificarent quid reapſe Probus de ipſo ſtatueret, à ſuis Florianum interfici curarunt.

Probus imperio potitus, dum movet ulterius, exordium actionum pro republica ſuarum dedit facinus ſane laudabile. Nam de iis qui Aurelianum occiderant, & Tacito inſidias fecerant, ſupplicium ſumere decrevit. Sed palam quidem id quod facere deliberaverat, non facit, metuens ne quid ea res turbarum daret: verum turma quadam militum conſtitu-

1. *Occiſus Tarſi à militibus, qui Probum audierant imperare, quem omnis exercitus legerat.* Vopiſc.

ta, quorum fidei rem commiſiſſet, ad epulum cædis auctores invitat. Poſteaquam hac illi ſpe conveniſſent ut menſæ imperatoris adhiberentur, in pergulam quandam ſeceſſit Probus, de qua conſpici res peragenda poſſet, ac ſignum facinori perpetrando deſtinatis dedit. Hi vero inermes eos adorti qui convenerant, omnes, excepto dumtaxat uno, peremerunt: quem non multo poſt comprehenſum, velut auctorem periculi, vivum igni cremavit.

His rebus à Probo geſtis, Saturninus, genere Maurus, imperatori maxime familiaris, & cui propter hanc ipſam cauſam adminiſtratio Syriæ credita fuerat, ab imperatoris fide diſceſſit, & de rebellione cogitare cœpit, quod ubi Probus audiviſſet, & conatum ejus reprimendum ſtatueret, orientales eum milites anteverterunt, rebellione cum ipſo Saturnino extincta.

Sopivit & aliam ſeditionem in Britannia concitatam, idque per Victorinum genere Maurum, cujus hortatu perduellem iſtum Britanniæ præſidem fecerat. Nam quum ad ſe Victorinum arceſſivit, eumque de conſilio dato reprehendiſſet, delictum illud correcturum ablegat. Victorinus in Britanniam ſtatim profectus, ὡς ἔτυχεν, ἐφ' ἑστίασιν τὸς φονέας ἐκάλει. αὐτὸς δὲ συνηθόντων ἐλπίδι τῆ βασιλικῆ κοινωνῆσαι τραπέζης, πρός τινα τῶν ἑαυτῶν ἀναχωρήσας ὁ Πρόβος, ἐξ ἧς τὸ γυμνάσιον ἄπορον ἦν, σύνθημα τοῖς ὑπερτελαμῶσι τὸ δρᾶμα ἐδίδου. αὐτὸς δὲ τοῖς συνηθροισμένοις ἀφράκτοις οὖσιν ὑπεθεμῶν, ἅπαντας πλὴν ἑνὸς καλέσφαξαν· ὃν μετ' οὐ πολὺ συλλαβὼν, ὡς εἶπον σφίσι κινδύνου γεγονότα, ὡμὸν ἔδωκε ζῶντα πυρί.

Ταῦτα διαπραξαμένῳ τῷ Πρόβῳ Σατορνῖνος ἦν Μαυρήσιος, ὑπηνδεὼς ὢν ἐς τὰ μάλιστα τῷ βασιλεῖ, διὰ τοῦτο τῆς Συρίας ἀρχὴν ὑπεδεδεγμένος, τὸ βασιλέως ὑποπτεύσας πίστεως εἰς ἐπανάστασιν ἔννοιαν ἔλαβεν. ὅπερ ἀκούσαντι τῷ Πρόβῳ, καὶ διανοουμένῳ τὸ ἐγχείρημα μεθυδεῖν, ἕφθασαν οἱ κατὰ τὴν ἑῴαν στρατιῶται συνκαταστάντες τῇ τυραννίδι τὸν ἄνδρωπον.

Ἔπαυσε καὶ ἄλλην ἐπανάστασιν ἐν τῇ Βρεττανίᾳ μελετηθεῖσαν, διὰ Βικτωρείνου Μαυρουσίου τοῦ ἡγουμένου. ὃν πεισθεὶς, ἔτυχε τῆς ἐπανασάντα τῆς Βρεττανίας ἀρχοῦσα πορευσάμενον. κελεύσας γὰρ τὸν Βικτωρῖνον πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ὅτι τῇ συμβολῇ μεμψάμενος, τὸ πλῆσμα ἐπανορθώσοντα πέμπει. ὁ δὲ ὅτι τὴν Βρεττανίαν διὰ τὸν

---

1 *Gallis oriundum* tradit Vopiſcus *ex gente hominum inquietiſſima & avida ſemper vel faciendi principis vel imperii.*

ἐξορ-

ἐξορμήσας, θεινοίᾳ τε ἄφρονι τὸ τύραννον ἀναιρεῖ.

Πάντων δὲ (ὡς εἰπεῖν) τῶν αὐτόθι βαρβάρων ἀπογνόντων ἐλπίδι πάσῃ, καὶ ὅσον οὐδέπω τοὺς ἔτι σφῶν λειμμένους ἀπολεῖσθαι παντελεῖ φθορᾷ προσδοκησάντων, Σάξονες, οἱ πάν-

1. Haſce frugalitatis minutias mire affectavit Julianus, ita ut tonſorem & cocum dimitteret quod eſſent πολυτελῶς ἐξαλλόμοι. Ταῦτα δὲ, inquit Zonaras, ἐποίει δίξαν ἴσχων ἐκ τοῦ δικεῖν ἀπείρου καὶ ὅλως φιλοσόφου.

των

τῶν δὴ καρτερώτατοι τῆς ἐκεῖσε νεμομένων βαρβάρων, θυμῷ καὶ ῥώμῃ καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὰς μάχας, ἔτι νομίζοντες, Κυάδους, μοῖραν σφῶν ὄντας, εἰς τὸ ὑπὸ Ῥωμαίων κεκτημένον ἐκπέμπουσι χῶρον. οἱ δ', ὑπὸ Φράγκων ὁμόρων αὐτοῖς ὄντων κωλυόμενοι ἀφικνεῖσθαι, δείσαντες μὴ τῷ Καίσαρι δόξαι δικαίαν αἰτίαν τῆς κατ' αὐτῶν αὖθις ἐφόδου, πλοῖα ναυπηγησάμενοι, καὶ διὰ τοῦ Ῥήνου τοῦ ὑπὸ Φράγκων ἐχομένου διαβαινόμενοι χῶρον, ὅτι τὸ ὑπήκοον Ῥωμαίοις [1] ὡρμίσθησαν καὶ τῇ Βαταβίᾳ προσχόντες, ἣν δίχα σχίζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου, τὸ Σαλίων ἔθνος, Φράγκων ὑπόμοιρον, ἐκ τῆς οἰκείας χώρας ὑπὸ Σαξόνων εἰς τοῦτο τὴν νῆσον ἀπελαθέντας, ἐξέβαλον. αὕτη δ' ἡ νῆσος, ὅσα πρότερον πᾶσα Ῥωμαίων, τότε ὑπὸ Σαλίων καλεῖτο. τοῦτο μαθὼν ὁ Καίσαρ, αὐτεπαίτοις μὲν τοῖς Κυάδοις παρεῖγε δὲ τῷ στρατῷ, τούτοις μὲν καὶ τὸ κρατερὸν ἀμύνεσθαι, Σαλίων δὲ μηδένα κτείνειν, ἢ κωλύειν ὅπη τὰ Ῥωμαίων ὅρια ἀφικοίντο, οἷα μὴ ὡς πολεμίους ἐφιεμένους τῆς χώρας, ἀνάστατη δὲ τῇ ὁδῷ Κυάδων ἐλαύνεσθαι.

Ταύτης αἰδόμενοι τὴν Καίσαρος τῆς φιλανθρωπίας οἱ Σάλιοι, οἱ μὲν, ὑπὸ τῆς νήσου μετὰ τῶν σφῶν βασι-

regiones Incolentium Barbarorum, & animis, & corporum viribus, & laborum in prœliis tolerantia, fortiſſimi habiti; Quados, nationis ſuæ partem, in ſolum ab Romanis occupatum emittunt. At finitimis Francis eos tranſitu prohibentibus, qui metuerent, ne juſtam Cæſari cauſam præberent, ſe rurſus invadendi: navibus conſtructis, Rheno prætervecti parentem Francorum imperio regionem, in Romani juris ſolum contenderunt: & adpulſis ad Bataviam navibus, quam diviſus Rhenus inſulam efficit, quavis inſula fluminea majorem, Saliorum nationem, Francorum à parte profectam, & vi Saxonum in hanc inſulam ſuis è ſedibus rejectam, expulerunt. Hæc inſula prius Romanis in univerſum parens, à Saliis hoc tempore poſſidebatur. Cæſar, ea re cognita, Quados ille quidem viciſſim adgrediebatur: ſed juſſo prius exercitu cum Quadis acriter dimicare, Saliorum neminem occidere, nec prohibere, quo minus in Romanorum fines illi tranſirent; quod non ut hoſtes Romanam regionem peterent, ſed per vim & coactionem à Quadis pellerentur.

Hac animadverſa Cæſaris humanitate Salii, partim ex inſula cum rege ſuo Romanum in

1. Ὡρμίσθησαν aptius legi poſſe contendunt nonnulli. Sed [προσχόντες] quod proxime ſequitur, in ſuo loco tuetur [ὡρμίσθησαν].

ſolum transjiciebant, partim ad limites inita fuga ſe conferebant; omnes Cæſari ſupplices facti, ſponte ſua ſe, cum rebus ſuis, ejus fidei permittebant.

Cæſar, non jam ad bellum gerendum promtos & audentes amplius Barbaros videns, ſed clandeſtinis incurſionibus & latrociniis intentos, haud levibus inde malis ac detrimentis regionem adficere: quid ageret dubius, hanc artem Barbarorum prudenti ſtrategemate viciſſim ultus eſt. Erat quidam, vaſto ſupra cæteros omnes corpore, cui corporis magnitudini virilis animus reſpondebat. Huic natione Barbaro, cæteriſque cum Barbaris latrociniis adſueto, viſum eſt, relictis ſedibus patriis, ad ſubjectos Romanis Celtas migrare. Quumque Treviris ad aliquod tempus hæreret, quæ urbs tranſalpina rum gentium maxima eſt, ac tranſ rhenanos Barbaros videret urbes in adverſa Rheni ripa ſitas incurſionibus vexare, omniumque fortunas nullo prohibente rapere; quod ſane tum temporis accidit, quum necdum Julianus Cæſaris poteſtatem nactus eſſet, de tuendis quidem opidis cogitabat; ſed, λέως εἰς τὰ ὑπὸ Ρωμαίοις ἐφορμοῦντο χωρία· οἱ δὲ συμφυγόντες εἰς [1] τὰ ὄρη κατήεσαν, ἱκέται τῷ Καίσαρι ἅπαντες καθιζάνοντες, καὶ ἐθελοντὶ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐνδιδόντες.

Ὁ δὲ, πρὸς μὲν πόλεμον ἀδύνατα διαῤῥωννύντας ἐπὶ τοὺς Βαρβάρους ὁρῶν, ἁρπάσεσι δὲ λαθραίαις καὶ λῃστείαις προσέχοντας, ἐμηχανᾶτο ἤδη τὰ πυθόμενα ἐκ τούτου τὴν χώραν ἐργάζεσθαι κακά· καὶ ἀπορῶν ὅ,τι προσέξειε, ἔμφρονι στρατηγήματι τοιούτῳ μετῆλθε τοὺς Βαρβάρων τινὰ τέχνῃ. ἀνήρ τις ἦν, μεγάθει σώματος ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἔχων, καὶ τινὰ ἀνδρείαν ἀνάλογον τῷ σώματι. τούτῳ Βαρβάρῳ τὸ γένος ὄντι, καὶ λῃστρικὸν σὺν αὐτοῖς εἰωθότι, παρέσῃ, τὰ οἰκεῖα ἤθη καταλιπόντι, πρὸς τοὺς ὑπὸ Ρωμαίοις Κέλτας μεταστῆναι. μεταβεβὼς γὰρ ὑπό τινος χρόνου τινὸς ἐν Τριβέροις, (ἔστι δὲ αὕτη πόλις μεγίστη τῶν ὑπὲρ τοὺς Ἄλπεις ἐθνῶν) ἐπειδὴ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον βαρβάρους ἐώρα τοὺς τῇδε καταῤῥέχοντας πόλεις, καὶ τὰ πάντων ἀκωλύτως λῃζομένους, ὅτε τῷ [2] τῷ Καίσαρι ὅπως Ἰουλιανὸς ἴσχειν ἀρχὴν, ἀμυνεῖν μὲν διενοεῖτο τῇ πόλεσιν· οὐκ ἔχων δὲ παῤῥησίαν, οἷα νόμῳ μη-

1. Τὰ ὄρεα. *Leuncl.*

2. Adverſatur ſibi Zoſimus, cum enim Julianum ab Athenis accerſitum ac ſubinde Cæſarem renunciatum jam ſtatim affirmaverit, non potuit alio titulo quam *Cæſaris* hanc provinciam adminiſtrare. Quod ſi hoc accideret antequam factus eſſet Cæſar, certe Juliano fere adhuc impubere eveniat neceſſe eſt, cum vel fatente Zoſimo nondum impleverit 25. ætatis annum cum Alamannos etiam *Cæſar* debellaſſet.

δεινὸς αὐτῷ τοῦτο ποιεῖν ὀπτρέφαντο, τὴν μὲν ἀρχὴν μόνον εἰς τὰ δασύτατα κρυπτόμενον τῆς ὕλης, ἐκαραδόκει τὰς τῶν Βαρβάρων ἐφόδους· καὶ νυκτὸς ὅπως ἤδη παρειμένοις μέθῃ καὶ ὕπνῳ, κεφαλὰς ὅσων οἷός τ' ἦν Βαρβάρων ἀπέτεμε, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει φέρων, ἐδείκνυ. συνεχῶς δὲ τοῦτο ποιῶν, ὄκνον καὶ ὀλίγον ἐποίησε τοῖς Βαρβάροις, ἀγνοοῦσι μὲν τὸ γινόμενον, τῷ δ' καθ' ἑκάστην (ὡς εἰπεῖν) ἐλαττοῦσθαι, τοῦ κακοῦ συναισθανομένοις. ἐπεὶ δ' καὶ σπάνιοι συνιόντες τούτῳ λῃστεῖ, καὶ καθ' ἕνα συνιόντες, πλῆθος γένοιντο, τότε δὴ τῷ Καίσαρι προσελθὼν ὁ Χαριέττων, (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ ταύτην εὑρόντι προσέτυχε τῶν Βαρβάρων ὀπτεύειν) ἀναφαίνει τὸ πρότερον ὑπὸ πολλοῖς ἐγνωσμένον. ὁ δὲ Καίσαρ, ἐπειδὴ μὴ ῥᾴδιον ἦν αὐτῷ διὰ τοῦ στρατοπέδου τοῖς ἐν νυκτὶ τῶν Βαρβάρων λαθραίοις ἐφόδοις ἐπιέναι, (κατ' ὀλίγους γὰρ, καὶ ἐν πολλοῖς ἑαυτοὺς διασπείραντες, ἐλῃστεύον· ἡμέρας δὲ γιγνομένης, ἀδύνατα διαπεφεύγεσαν πάντα πᾶσιν ἦν· ἐν γὰρ τοῖς πλησίον τοὺς ἀγροὺς δρυμοῖς ἀπεκρύπτοντο, οἰκήσεως τὰ ἐκ τῆς λῃστείας αὐτοῖς προσγινόμενα) τὸ δυσχείρωτον τῶν πολεμίων λαβὼν κατ' νοῦν, εἰς αὐλῶνα κατέστη τοιοῦτον μὴ στρατοπέδῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ λῃστικῷ συστήματι τοὺς λῃστὰς μετελθεῖν.

quod ejuſmodi quid ipſe moliri non auderet, cui nulla lex, ut id faceret, permiſiſſet; initio ſolus in denſiſſimas ſilvas abditus, Barbarorum impreſſiones opperiebatur; eoſque noctu adgreſſus, ubi temulentia & ſomno jam conſopiti jacebant, capita quotquot poterat, abſcindebat; & in urbem adlata civibus oſtendebat. Id inſtitutum continuans, metum & cunctationem Barbaris non exiguam injiciebat; ignorantibus quidem illis id, quod fieret; ſed ipſum tamen detrimentum ex eo deprehendentibus, quod in ſingulos prope dies eorum copiæ deminuerentur. Quum autem & alii latrones cum eo ſe conjunxiſſent, & ſingillatim collecti, quandam ad multitudinem excreviſſent: tum vero Charietto (nam hoc nomen erat ei, qui primus inſidias haſce contra Barbaros excogitaverat) adito Cæſare, rem ei, non multis antea cognitam, aperit. Cæſar, cui facile non eſſet, cum exercitu nocturnas & clandeſtinas Barbarorum incurſiones coercere; (nam exiguo numero, multiſque locis diſperſi, latrocinabantur: & ubi dies illuxiſſet, neminem omnino videre erat, quod in ſaltus agris vicinos ſemet abderent, ex iis victitantes quæ hoc latrocinio adquirerent) quum ad animum revocaſſet, quam difficulter hoſtes domiturus eſſet; ad eam redactus eſt neceſſitatem, ut non exercitu tantum, ſed etiam latronum globo quodam latrones perſequendos ſtatueret.

Quam-

Quamobrem Chariettone cum ſuis recepto, & iiſdem è Saliorum numero compluribus adjunctis: hos noctu, velut exercitos latrociniis, in latrocinantes Quados emittebat interdiu diſpoſitas ſub dio militum ſtationes habebat, & omnes, qui latronum manus evadere potuerant, trucidabat. Id facere non deſinebat, donec Quadi maximas ad anguſtias redacti, deque multis pauci facti, cum duce ſuo Cæſari ſe dederent: qui & magnam ſuperioribus impreſſionibus captivorum multitudinem adeptus fuerat, & inter alios, ipſum quoque regis filium, à Chariettone captum, habebat. Quum miſerabilem in modum ſupplices factos, obſides dare juberet, homines quoſdam nobiles, & in his ipſum regis filium: dux Barbarorum, lamentatione maxime miſerabili ſublata, cum lacrymis dejerabat; inter alios, & filium ſibi periiſſe. Quamobrem paternas miſeratus lacrymas Cæſar, filium ei commonſtrat, qui delicate alebatur: ſimulque profeſsus, eum ſe obſidis habere loco, deque numero nobilium aliis quoque præter hunc obſidibus acceptis, pacem ipſis ea largitus eſt lege, ne contra Romanos unquam arma caperent.

His rebus ita conſtitutis, & Salios Cæſar, & Quadorum partem, & quoſdam incolentes inſulam Barauniam, legionibus

Ἀποδεξάμενος οὖν τὸν Χαριέττωνα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, συνάψας τε αὐτοῖς τοὺς Σαλίων πολλοὺς, νυκτὸς μὲν αὐτοὺς λῃστεύσι τοῖς Κουάδοις, οἷα μεμελετημένους λῃστείαις, ἔπεμπεν· ἡμέρας δὲ ὕσης, ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἔταττε τὰ στρατόπεδα, καὶ πάντας, ὅσοι τὸ λῃστικὸν οἷοί τε ἐλίγοντο ἀλφυγεῖν, ἔκτεινε. τοῦτο δὲ ποιῶν διετέλεσεν, ἕως ὅτε καταξάντες εἰς ἐλάττω στενοχωρείαν οἱ Κουάδοι, καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγοι γενόμενοι, παρεσχώρησαν, ἅμα τῷ σφῶν ἡγεμόνι, τῷ Καίσαρι, πλῆθός τε αἰχμαλώτων ἤδη συλλαβόντι καὶ τὰς παρατέρας ἐφόδους, καὶ τὸν τοῦ βασιλέως παῖδα, ὃν δὴ Χαριέττωνος εἱλημμένον. ἐπεὶ δὲ ἱκετείας αὐτοὺς ἐλεεινῶς παρεῖνομένους, ὁμήρους ἀποδοῦναι τῶν ὁπλοφόρων τινάς, καὶ τούτοις ἅμα καὶ τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν, εἰς ὄμιλον οἰκειότατον καλέσας ὁ τῶν Βαρβάρων ἡγεμὼν, ὤμωξε δακρύων, ὡς ἀπόλοιτο μὲν τὸν ἑαυτοῦ καὶ υἱόν. τότε τοίνυν ἐλεήσας ὁ Καίσαρ δεικνύει παῖδα, τὸν τοῦ παῖδα αὐτῷ δεικνύσιν ἐν εὐπαθείᾳ τρεφόμενον· καὶ φάσας ἔχειν ἐν ὁμήρου τάξει, καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς εὖ γεγονότων ἑνὸς ὁμήρους λαβὼν, ἐφιλοτιμήσατο τὴν εἰρήνην, ἐφ' ᾧ μηδέ ποτε κατὰ Ῥωμαίων χεῖρας ἄραι.

Ταῦτα ὕτω διαθεὶς ὁ Καίσαρ, Σαλίους τε καὶ Κουάδων μοῖραν, καὶ τοὺς ἐν τῇ [1] Βαλαυνίᾳ νήσῳ τινὰς, τά-

1. Leg. Βαπυΐᾳ ſeu Βαζαΐᾳ.

Γματιν

ſμασιν ἐκατέλεξεν, ἃ κὴ νῦν ἐφ' ἡμῖν ἔτι δοκεῖ σεισώζεσθαι. Κατὰ δὲ τὸς αὐτὸς χρόνους, Κωνσάντιος ὁ βασιλεὺς ἦν κατὰ τὴν ἑῴαν τὰ Περσῶν ἔχων ἐν φροντίδι μόνα, καὶ σὺν ἐκείνοις πολέμοις ἐκαρτέρων. τὰ γὰρ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη καλῶς εἶχεν αὐτῷ, τῇ τοῦ Καίσαρος κυβερνώμενα προνοίᾳ· κὴ Ἰταλία πᾶσα κὴ Ἰλλυριοὶ κίνδυνον εἶχον ἀδένα, τὴν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Βαρβάρων, δέᾳ τῷ μὴ διὰ Γαλατίας τὸν Καίσαρα διαβάντα τὸν Ἴστρον, αὐτοῖς ἐπελθεῖν, σωφρονούντων. Κωνσαντίου τοίνυν ἐν τούτοις ὄντος, οἱ Πέρσαι, Σαπόρην ἔχοντες βασιλέα, τὰ περὶ τὴν μέσην ἐλπίζοντο τὴν ποταμίαν. κὴ τὰ περὶ τὴν Νισιβιν ἄπαντα καταστρεφάμενοι, καὶ αὐτὴν ἤδη πάσῃ δυνάμει τὴν πόλιν ἐπολιόρκουν. τοῦ δὲ στρατηγοῦ Λουκιλλιανοῦ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀρκέσαντος, κὴ γὰρ μὲ τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης ὀρθῶς χρησαμένου, νῦν δὲ κὴ στρατηγήμασιν, ἡ μὲν πόλις τὰ περισσὰ διέφυγεν, εἰς ἔσχατον ἐλθοῦσα κινδύνου. τὸ δ' ὅπως, περὶ τοῦτον ἡμῖν καίριον διεξελθεῖν, αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐν ἰδίᾳ συγγραφῇ πάντα ἀφηγησαμένου τὰ τότε πραχθέντα· ἄφθονον εἰς χεῖρας λαβόντα, τοῦ ἐν λόγοις ἄκρου τοῦ ἀνδρὸς συνιδεῖν ἀρετήν.

Διακόντων δὲ ἔτι τὴν πρὸς τὴν ἑῴαν ἐν ἡσυχίᾳ, κὴ τὴν τοῦ Καί-

adſcripſit: quorum ordines noſtro quoque tempore ſuperſtites eſſe videntur. Per eadem tempora Conſtantius Imperator in oriente de ſolis rebus Perſicis ſolicitus, eorum locorum bellis intentus erat. Nam & bene tranſalpinarum conſtitutæ res erant gentium, quæ providentia Cæſaris adminiſtrarentur; & Italia tota, cum Illyriis, extra omne poſita erat periculum, propterea quod trans Iſtrum habitantes Barbari præ metu, ne per Galliam profectus Cæſar, Iſtrum tranſjiceret, & ipſos adoriretur; intra modeſtiæ fines ſe continebant. Quum igitur in his occupatus eſſet Conſtantius, Perſæ qui Saporem habebant regem, Meſopotamiam infeſtis graſsationibus vexabant, & vaſtatis omnibus ad Niſibim ſitis, urbem ipſam totis viribus obſidebant. Sed quum dux Lucillianus obſidioni ſuſtinendæ idoneus, partim oblatis forte fortuna occaſionibus, partim ſtrategematis recte fuiſset uſus: urbs imminentibus malis eſt erepta, licet extremum in diſcrimen adducta fuiſſet. Id autem quo modo factum ſit, à me commemorari, ſupervacaneum duxi: quum ipſe Cæſar omnia, tum temporis geſta, peculiari ſcripto quodam expoſuerit. Ea vero ſi quis in manus ſumſerit, hujus viri ſummam in dicendo vim perſpiciet.

Cæterum ubi jam in tranquillo res orientis poſitæ viderentur, & præclara facta Cæſaris

omnibus

omnibus eſsent in ore: gravi quadam invidia correptus eſt Conſtantius. Ideoque propter rerum omnium proſperos apud Celtas & Hiſpanos ſucceſſus, quoſdam animi morſus ſentiens, occaſiones captabat, quibus occaſionibus paullatim, & animadvertente nemine, Cæſaris vires imminuere poſſet, & hoc modo dignitatem ei ſuam adimere. Quapropter ad eum mittit, & ad ſe legiones duas Celticorum militum ablegari mandat; quaſi eorum auxiliis ipſe indigeret. Huic mandato quum ſtatim Julianus ſatisfeciſſet, partim quod inſtitutum ipſius ignoraret, partim ne quam occaſionem ei ſuccenſendi præberet: nihilo minus omnem curam ac diligentiam rebus Celticis adhibebat, in dies augeſcentibus militum copiis, & habitantibus ad extremos limites Barbaris perterrefactis, deque bello inferendo ne per ſomnium quidem cogitantibus. Conſtantius autem & alios militum ordines à Cæſare ſibi mitti poſtulabat: & impetrato, quod petierat, non multo poſt alias quatuor alas ad ſe tranſmitti jubebat. Statim militibus ſignificat Cæſar, ad profectionem ſe compararent. Hærente vero Juliano Pariſii, quod oppidulum eſt Germaniæ, quum milites ad iter inſtructi, propter ejus loci prætorium multam in noctem cenarent, nihil de iis conſiliis omnino cogitantes, quæ adverſus Cæſarem

σαρ@ κατορθωμάτων ἐν τοῖς ἁπάντων σόμασιν ὄντων, δεινῶς ὁ Κωνστάντι@ συνεσάλη τῷ φθόνῳ. τῇ δὲ τῆ@ ἐν Κελτοῖς τε καὶ Ἰβηρσι πραγμάτων εὐημερίᾳ δακνόμεν@, ἐμηχανᾶτο πρόφασεις, δι' ὧν ἂν δυνηθείη κατὰ βραχὺ καὶ ἀνεπαισθήτως τὰς τῦ Καίσαρ@ ἐλαττῶσαι δυνάμεις, ἵνα τι τ' ἀξίας αὐτὸν ἀφελόμενος. πέμπει τοίνυν εἰς αὐτὸν, τάγματα δύο τῆ@ ἐν Κελτοῖς στρατιᾶ@, ἐκπεμφθῆναι κελεύων, ὡς δὴ τ' ἀπὸ τούτων δεόμεν@ βοηθείας. Ἰουλιανῦ δὲ, ἀγνοίᾳ τῆς αὐτῦ πρόθεσεως, καὶ ἅμα διὰ τὸ μὴ πρόφασιν ὀργῆς αὐτῷ δοῦναι, τὸ ἐπίταγμα ἀβράχητον πληρώσαντ@, τὰ μὲν ἐν Κελτοῖς ἐξιῦτο πάσης ἐπιμελείας, τῦ στρατιωτικῦ καὶ τὸ συνεχὲς αὐξομένου, καὶ τῆ@ παροικούντων τὰς ἐσχατιὰς Βαρβάρων καταπτηχότων, καὶ πόλεμον μὲ ἀδὲ ὄναρ ἐνθυμουμένων. Κωνστάντι@ δὲ καὶ ἕτερα τάγματα στρατιωτικὰ ἐκπεμφθῆναί οἱ ἀφ' ἑαυτοῦ Καίσαρ@ ἤτει. καὶ τυχὼν τ' αἰτήσεως, ἤγαγε μετ' ὀλίγον τέσσαρας ἴλας ὡς αὐτὸν ἐκέλευεν ἐκπεμφθῆναι. καὶ παραχρῆμα παρασκευάζεται πρὸς ἐκδημίαν ὁ Καίσαρ τοῖς στρατιώταις ἐπόμενον. Ἰουλιανῦ δ' ἐν τῷ Παρισίῳ (1 Γερμανίας δ' αὕτη πολίχνη) δειπνοῦντ@, ὡς δὴ πρὸς ἐκδημίαν συντρεπεῖς ὄντες οἱ στρατιῶται, νυκτὸς ἄχρι βαθείας ἐδείπνουν

1. Hoc nomine includit Galliam Celticam.

ἀεὶ

περὶ τὰ αὐτὰ δὴ βασίλεια τῶν βαλδομηνῶν καὶ τοῦ Καίσαρος ἐδὲ ἐν λογιζόμενοι. τῆς δ' ταξιαρχῶν τινὲς τὸ πάλαι καὶ αὐτῷ μηχανώμενον, ὅπως τῆς παρασκευῆς εὕρον ἀληθές· καὶ ἀνώνυμα γράμματα τῆς στρατιωτῆς ἐν μέσῳ καὶ τὸ λοιπὸν ἐξεκρέμασαν, ἐδήλουν διὰ τούτων ὡς ὁ Καίσαρ, ὁ δὲ ἅπασιν (ὡς εἰπεῖν) τὸ καὶ βαρβάρων τρόπαια στῆσαι διὰ τῆς οἰκείων στρατηγημάτων, καὶ μηδὲν τι τῆς καθ' ἕκαστον ἐν τῇ μάχεσθαι διαφορᾶς, εἰς ἕκατον ἥξει κινδύνου, καὶ βραχὺ τῆς βασιλέως τιμῆ αὐτῷ δυνάμεων ὑπολείποιτο, εἰ μὴ συνδραμόντες ἅπαντες ὁμοῦ τιμῆ τῆς στρατιωτῆς καταλύσειν ἐνδυμίαν. τοῦτα τὰ γράμματα διασπαρμένα τινὲς τῆς στρατιωτῆς ἀναγνόντες, καὶ εἰς τὸ πλῆθος τὸ μελετώμενον ἐνεγκόντες, ἐξηρέθισε ἅπαντας εἰς ὀργήν. καὶ ἀναστάντες ἐκ τῆς τότε σὺν θορύβῳ πολλῷ, τῶν κυλίκων ἐν τῇ χρατῶν ἔτι κειμένων, ὥρμησ ὅπι τὰ βασίλεια· διέρρηξάν τε τὰς θύρας σὺν ἀδενὶ κόσμῳ, καὶ βοῇ ὑπερφυᾶ τὸν Καίσαρα· καὶ ὅτι τινὸς ἀοιδοῦ μετέωρον φέρουσι, αὐτοκράτορα, καὶ ἐπέθηκ σὺν βίᾳ τὸ 1. διάδημα τῇ κεφαλῇ.

Ὁ δὲ, δυσανασχετῶν μὲν ὅπι τῇ γενομένῃ, τὸ δ' ἀναπαλέσασθαι τὸ πραχθὲν ἀδημίαν οἰηθεὶς ἔχειν ἀ-

inirentur: tribuni quidam, qui reapſe verum comperiſſent id, quod jam olim in eum cuderetur, libellos quoſdam ab incertis profectos auctoribus, inter milites clanculum hinc inde rejiciunt; iiſque futurum ſignificant, ut Cæſar, qui ſtrategematis ſuis efficeret, ut propemodum omnes ipſi tropæa de Barbaris ſtatuerent, & qui nihil à privato milite, quoties dimicandum eſſet, differret, extremum in periculum conjiciatur, Imperatore paulatim copias ejus ſuffurante; niſi omnes, concurſu facto, militum profectionem impedirent. Hos ita ſparſos libellos ubi militum plerique legiſſent, & de re tota, quæ tractaretur, ad multitudinem retuliſſent; univerſos ad iram concitarunt. Quumque non ſine magno tumultu de loco ſurrexiſſent, ipſoſque calices manibus adhuc tenerent, ad prætorium contenderunt; perruptiſque nullo ordine foribus, Cæſarem in publicum deducunt; & ſublimem in ſcutum cuoddam elatum, Imperatorem auguſtum adpellant; & vi diadema capiti ejus imponunt.

Cæſar, ægre quidem, quod accidiſſet, ferens; revocari tamen, quod actum fuerat, tuto non poſſe ratus; quando Con-

1. In hoc tumultu cum diadema, quod imponerent milites, non ſuccurreret faſcia muliebri Juliani caput devincturi erant, niſi factum improbaſſet Julianus, ne forte in omen cederet.

ſtantius nec ſacramentis ullis, nec pactis conventis ſtaret, aut ullam aliam fidei religionem, inter homines ſacram, ſervaret; nihilominus animum ejus tentandum putabat. Ideoque miſſis legatis, præter voluntatem & ſententiam animi ſui, ſe declaratum Imperatorem aiebat. Ac, ſi quidem ita Conſtantio videretur, paratum ſe dicebat eſſe, ut diademate poſito, Cæſaris dignitatem retineret. Sed Conſtantius tantam ad iracundiam & adrogantiam provectus eſt, ut legatis diceret: par eſſe, Julianum, ſi vitam ſibi caram duceret, una cum imperio, Cæſaris etiam habitum ponere; privatæque vitæ reſtitutum, Imperatoris ſe voluntati permittere. Nec enim vel grave quidquam perpeſſurum, vel iis dignum, quæ tentare fuiſſet auſus. Quum hæc Julianus ex legatis audiſſet, palam animi ſui de numine ſententiam oſtendit; aperte proloquutus, audientibus univerſis: potius ſe diis, quam Conſtantii verbis, ſeque vitamque ſuum permiſſurum. Hinc jam omnibus infeſtus Conſtantii erga Julianum animus patuit. Et Conſtantius quidem ad civile bellum ſe comparabat. Juliani vero mentem, propter ea quæ acciderant, hoc potiſſimum cruciabat; quod bellum cum eo geſturus, qui Cæſaris ei poteſtatem tribuerat, apud multos opinionem hominis ingrati de ſe concitaturus eſſet.

σφάλειαν, Κωνσαντίου μήτε ὅρκοις ἐμμένοντος μήτε συνθήκαις, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις πίστιν φυλάττοντος, ὅμως ἐπειρᾶτο τῆς αὐτοῦ γνώμης· καὶ πρέσβεις ἐκπέμψας, παρὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσίν τε καὶ γνώμην ἔφη προβῆναι τὰ τῆς ἀναῤῥήσεως. οἷς εἰ παρόχοι γνώμην, ἕτοιμος ἔφασκεν εἶναι τὴν τοῦ Καίσαρος ἔχειν ἀξίαν, ἀποθέμενος τὸ διάδημα. Κωνσάντιος δὲ εἰς τοσοῦτον ὀργῆς τε καὶ ἀλαζονείας ἐπέχθη, ὥστε πρὸς τὰς πρέσβεις εἰπεῖν, ὡς προσήκοι Ἰουλιανὸν τὴν ζωὴν ἀντεχόμενον, ἀποθέσθαι πρὸς τῇ βασιλείᾳ καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος σχῆμα· καταστὰν δὲ ἰδιώτην, ἑαυτὸν τῇ προαιρέσει τοῦ βασιλέως ἐκδῶναι. μηδὲ γὰρ πείσεσθαί τι δεινὸν, μηδὲ ἄξιον ὧν ἐτόλμησε. Ταῦτα ἀκηκοὼς Ἰουλιανὸς ἐκ τῶν πρέσβεων, εἰς τὸ ἐμφανὲς ἔδειξεν ἐν ᾧ εἶχε περὶ τοῦ θείου προαίρεσιν, ἀντιχρὺς εἰς ἐπήκοον πάντων εἰπών, ὡς τοῖς θεοῖς ἄμεινον, ἢ τοῖς Κωνσαντίου λόγοις ἑαυτὸν τε καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐκδῶναι. Ἐντεῦθεν ἅπασι φανερὰ γέγονεν ἡ πρὸς Ἰουλιανὸν Κωνσαντίου δυσμένεια. καὶ Κωνσάντιος μὲν πρὸς ἐμφύλιον παρεσκευάζετο πόλεμον· Ἰουλιανῷ δὲ, δυσχεραίνειν ὅτι τοῖς συμβεβηκόσιν, ἐπῄει, ὡς εἰ μέλλοι τῷ πολεμεῖν ἀφ' ὧν αὐτῷ δεδωκότι τὸν Καίσαρος, πολεμεῖν, ἀχαρίστου παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀποίσεται δόξαν.

Orta

Ὁντι δὲ ἀεὶ ταῦτα, καὶ πᾶσι γνώμιμα αἰσχυνομένοις, σφόδρα ἐσπουδασμένως ἔχοντα πρὸς ἐμφύλιον πόλεμον, ἔδειξε δι' ἐνυπνίου τὸ θεῖον αὐτῷ τὸ ἐσόμενον. ἐν Βιέννῃ γὰρ διατρίβοντι κατ' ὄναρ ὁ ἥλιος ἐδόκει δείκνυσθαι τοὺς ἀστέρας αὐτῷ, λέγειν τε ταῦτα τὰ ἔπη.

Ζεὺς ὅταν εἰς πλατὺ τέρμα πέλῃ χλυτοῦ ὑδροχόοιο,
Παρθενικῆς δ' Κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ὀπὶ πέμπτῃ
Εἰκοστῇ, βασιλεὺς Κωνσάντιος Ἀσίδος αἶσα,
Τέρμα φίλας βιότου συγχὸν καὶ ἐπώνυμον ἕξει.

Τούτῳ τῷ ἐνυπνίῳ θαῤῥήσας, εἱλκέλο μὲν, καὶ τὸ σωφρονεῖν αὐτῷ, τὴν τῶν κοινῶν πραγμάτων ἐπιμέλειαν. ἐπεὶ δὲ ἦν ἔτι χειμών, τὰ μὲν ὅσα ἀεὶ τοὺς Βαρβάρους, τῆς δέους ἠξιοῦτο παρ' οἷς· ὥστε, εἰ δέησει καὶ τὸν ἐκόντα αὐτὸν αὐτοπροαιρέτως πρᾶγμάτων, ἐν ἀσφαλείᾳ πάσῃ τὰ ἐν Κελτοῖς πράγματα μεῖναι. παρασκευάζετο δὲ Κωνσαντίου καὶ τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ αὐτὸς προκαταλαβεῖν ἐπιχείρησιν. ἀκμάζοντος δὴ ἤδη τοῦ θέρους, πεισθεὶς τὰ μὲν τοὺς ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Βαρβάρους, καὶ τοὺς μὲν πολέμῳ σωφρονεῖν ἀναλαβόντας, τοὺς δὲ τῇ πείρᾳ τοῦ πραγμάτων, εἰρήνην ἀγαπᾶν μᾶλλον ἢ πόλεμον πείσας, ὡς ἐς μακρὰν ἀποδημίαν διέταξε τὸ στρατόπεδον. καλέσας δὲ τοὺς πολεσι καὶ τοὺς

Dum hæc ſecum expendit, & animum hinc inde torquet, ac vehementer in ſuſcipiendo civili bello cunctatur: numen ei per ſomnium, quid futurum eſſet, oſtendit. Nam dum Viennæ commoratur, ſol in ſomniis ſidera monſtrare viſus eſt, & hoſce verſus pronuntiare:

Farte Jovem feret extrema profuſor ut undæ,
Parſque à Saturno fuerit vigeſima quinta
Virginis ut jam tacta; Aſiæ Conſtantius omnis
Vitam morte gravi mox finiet Induperator.

Hoc ſomnio fretus, publica, pro more ſuo, negotia diligenter procurat. Et quoniam adhuc hiems erat, rebus ad Barbaros pertinentibus ita proſpicit, uti par erat; adeo quidem, ut ſi res ei ſuſcipiendæ eſſent aliæ, prorſus in tuto Celticæ manerent. Simul, hærente per orientem adhuc Conſtantio, conatum ut ejus anteverteret, ſeſe parabat. Adulta jam æſtate, compoſitis Barbarorum trans Rhenum rebus, quum partim eos bello coegiſſet modeſte ſe gerere; partim experientia præteritorum perſuaſiſſet, ut pacem, quam bellum, amplecti mallent: velut ad profectionem longinquam, omnem exercitum inſtruit. Quumque civiles & militares duces opi-

1. Leg. πεμπτῇ.

dis atque limitibus præfeciſſet, verſus Alpes cum copiis pergit. Ad Rhætos ubi veniſſet, unde fluvius Iſter ortus, Noricos, & univerſam Pannoniam permeat, itidemque Dacas, & Thraciæ Myſos, & Scythas, atque ita ſemet in pontum Euxinum exonerat: conſtructis navigiis fluvialibus, ipſe cum tribus millibus Iſtro ſecundo devectus, viginti millia Sirmium itinere terreſtri petere juſſit. Et quia remigium continuum, cum ſecundo fluminis impetu, conjungebatur; iis etiam ventis adjuvantibus, quos Eteſias, velut anniverſarios, vocant: undecimo die Sirmium adpulit. Quumque nuntiatum fuiſſet, Imperatorem adeſſe: propemodum omnes arbitrabantur eſſe Conſtantium, qui veniſſet. Sed ubi Julianum excepiſſent, præ admiratione cuncti ſtupebant: & inſtar portenti habebant id, quod eveniſſet.

Non multo poſt, quum & exercitus ille, qui ex Celtis ſubſequebatur, præſto eſſet: ad Senatum populi Romani, & Italicos exercitus, literas dedit; quibus in literis perſcriptum erat, præſidiis munitas urbes tenerent, quando jam ipſe nactus eſſet imperium. Et quia Taurus ac Florentius, ejus anni conſules, qui à Conſtantio ſtabant, ſimul atque cognoviſſent, Julianum Alpes tranſgreſſum, in Pannoniam per-

ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν πολίτικούς τε καὶ στρατιωτικὸς ἠγεμόνας, ἅμα τῇ δυνάμει ἤδη εἰς τὰς Ἄλπεις. ἐλθὼν δὲ εἰς Ῥαιτούς, (ἔθνη ὁ Ἴστρος ἀρχόμενος, Νωρικούς τε καὶ Παιονίαν πᾶσαν διαμείβεται, καὶ πρὸς τε Δάκας, καὶ τοὺς ἐν Θρᾴκῃ Μυσοὺς καὶ Σκύθας, ὅπου τε εἰς τὸν Εὔξεινον ἐξίησι πόντον) πλοῖα ποταμία κατασκευάσας, αὐτὸς μὲν ἅμα πεζικοῖς εἰς τὸ πρόσω διὰ τοῦ Ἴστρου παρῆγεν· διισμυρίους δὲ πεζῇ τὸ Σίρμιον καταλαμβάνειν διέταξεν. ἐπεὶ δ' ἦν συνεχὴς εἰρεσία μὲν τοῦ ῥεύματος, καὶ τοῦ ἔξω φοράς, καὶ τῶν ἐτησίων ἀνέμων αὐτῷ συμπαραστάντων, ἑνδεκάτῃ μὲν ἡμέρᾳ περὶ τὸ Σίρμιον ἦλθε. φοιτησάσης δ' ἀγγελίας ὡς ὁ βασιλεὺς παρείη, πάντες μὲν (ὡς εἰπεῖν) Κωνσάντιον ἡγοῦντο εἶναι τὸν ὑπατεύοντα· δεξάμενοι δὲ Ἰουλιανὸν, ἐν ἐκπλήξει πάντες ἦσαν, φάσμα τὸ συμβὰν ἀπεικάζοντες.

Φθάσαντος δὲ μετ' οὐ πολὺ καὶ τὸν ὑπὸ Κελτῶν οὕτω παρακολουθοῦντα στρατὸν, τῇ Ῥωμαίων γερουσίᾳ καὶ τῷ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ στρατεύματι ἔγραφεν, ἔχειν ἐν ἀσφαλεῖ τὰς πόλεις, ὡς αὐτῷ βασιλεύοντι. ἐπεὶ δὲ Ταῦρος καὶ Φλωρέντιος, οἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ὕπατοι, τῆς Κωνσταντίου μερίδος ὄντες, ἅμα τῷ μαθεῖν ὅτι Ἰουλιανὸς ἐκβὰς τὰς Ἄλπεις εἰς Παιονίαν ἀφίκετο, φυγῇ τὴν [1] Ῥωμαίων ἀ-

1. Fortaſſe Ῥωμιλιάδα. ſin minus ſub. πόλιν.

πέλιτον.

πέλιπον φυγάδας μὴ αὐτὸς ὑπάτους ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐκέλευε γράφεσθαι· πάσας δ' τὰς πόλεις αἷς ἐπιχειρήσει Δρᾴων, ἐφιλοφρονεῖτο, χρηστὰς ἐναποπειρώμενος πᾶσιν ἐλπίδας. ἔγραφε δὲ καὶ Ἀθηναίοις, καὶ Λακεδαιμονίοις, καὶ Κορινθίοις, τὰς αἰτίας τῆ ὁρμῆς ἐμφαίνων ἀφίξεως. ὅτε δὲ αὐτὸς ἦν τὸ Σίρμιον, ἐξ ἁπάσης (ὡς εἰπεῖν) τῆς Ἑλλάδος ἐσέλουσι πρέσβεις. οἷς ἀπεκρίνατο τὰ πρέποντα, καὶ ὅσα ἦν δίκαια φιλοτιμησάμενος, σὺν τοῖς ἄλλοις Κελτικοῖς στρατοπέδοις καὶ ἕτερον ἐκ τῆς αὐτῆς τῶν Σιρμίων καὶ τῶν Παίονσι καὶ Μυσοῖς ἐνιδρυμένων παλμάτων συναγαγών, ὅθεν τὰ πρόσω παρῄει.

Καταλαβὼν δὲ τὴν Ναΐσσον, αὐτόθι μὲν τοὺς μάντεων τὸ προσῆκον ἐσκόπει. ὡς δ' ἔμενεν αὐτοῦ πέρας καὶ χώραν ἐδήλου τὰ ἱερά, τοῦτο δὲ ἐποίει, ἅμα καὶ τὸν ἐνυπνίου δηλούμενον χρόνον. ὡς δὲ καὶ τοῖς ἀστρώοις συμβῆναι ἔδοξε κινήσεως, ὅτε κατὰ τὴν Ναΐσσον, ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως αὐτῷ πλῆθος ἱππέων ἀπήγγειλεν, ὡς Κωνστάντιος μὲν τελεύτησε, καλοίη δ' Ἰουλιανὸν ὅτε τῆς ὅλων ἀρχὴν τὰ στρατόπεδα.

Δοξάσας δὲ τὸ θεῖον τῆς δεδωρημένου, εἴχετο τῆς ὁδοῦ τὰ πρό-

veniſſe, fuga ſemet ex urbe ſubduxerant: Conſules fugitivos, in perſcribendis publicis inſtrumentis, eos adpellare juſſit. Omnes autem urbes, quas curſim jam tranſierat, blande demulcebat: univerſis ſpem de ſe bonam præbens. Scripſit & Athenienſibus, & Lacedæmoniis, & Corinthiis; itineris ſui cauſas oſtendens. Sirmii quum eſſet, ex omni prope Græcia legati ad eum miſſi aderant; quibus ubi reſpondiſſet, quæ par erat; eaque fuiſſet largitus, quæ juſta viderentur: cum Celticis, & aliis præterea copiis, quas de præſidiariis cohortibus Sirmii, Pannoniorum, Myſorumque collegit, ulterius caſtra movit.

Ubi Naiſum adtigiſſet, ibidem cum hauruſpicibus, quid agendum eſſet, diſpiciebat. Significantibus extis, ut iſtic aliquamdiu ſubſiſteret, parebat; obſervans ſimul indicatum ſomnio tempus. Quod ubi cum ſiderum motibus concurrere videretur, adhuc apud Naiſum hærenti multitudo quædam equitum, Conſtantinopoli veniens, nuntiabat; Conſtantium eſſe mortuum, & ipſos exercitus Julianum ad ſummam rerum depoſcere.

Quapropter accepto, quod à numine donatum eſſet: ince-

1. Λέγεται γὰρ, inquit Zonaras, ὅπ ἔρωτα τρίφων τῆς βασιλείας, καὶ ὡς ὑπὸ σωφρόνων τοῦ θεοῦ κρυπτῶν ἐν τῇ ψυχῇ, μαθητοῦ σωτῆρος καὶ χάριτος τυχεῖν πωλαγόμενον.

ptum

ptum iter proſequitur. Ubi Byzantium acceſſiſſet, univerſi fauſtis acclamationibus eum excipiebant, civem & alumnum adpellantes, velut ea in urbe natum & educatum; & omni præterea cultu proſequentes, quaſi futurum mortalibus maximorum bonorum auctorem. Heic dum & urbi, & exercitui reficiendo daret operam: poteſtatem urbi fecit habendi Senatus, ut in urbe Roma. Simul portum ei maximum ſtruxit, qui naves ab auſtro periclitantes ab injuriis defenderet: una cum porticu, quæ ſigma literam potius, quam rectam formam refert, & ad portum deducit. Itidem conſtructa in regia porticu bibliotheca, & libris, quotquot habebat, in ea collocatis; ad gerendum bellum Perſicum ſe parabat. Ubi decem menſes Byzantii commoratus, Hormiſdam Victoremque duces declaraſſet, eiſque tribunos & exercitus tradidiſſet, Antiochiam profectus eſt. Quanta quidem cum tranquillitate, ac religione, totum hoc iter confecerint milites, non eſt neceſſe dicere. Nec enim conſentaneum erat, eos inſolentius ac præter rationem decori quidquam admittere, qui ſub Imperatore Juliano militabant. Antiochiam

σω πορείας. ἐπεὶ ὃ εἰς τὸ Βυζάντιον παρεγένετο, πάντες μὲ αὐτὸν αὖ διφημίαις ἐδέχοντο, πολίτην καὶ [1] τρόφιμον ἑαυτῆς ὀνομάζοντες, (οἷα δὴ ἐν τούτῳ τεχθέντα τε καὶ τραφέντα τῇ πόλει) καὶ τὰ δήμια θεραπεύοντες ὡς μείζων τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον ἐσόμενον ἀγαθῶν. Ἐν ταύτῃ δὲ πόλεως ἅμα καὶ τῆς στρατοπέδων ἐπιμελούμενος, ἔδωκε μὲν τῇ πόλει γερουσίαν ἔχειν ὡσαύτως ἐν τῇ [2] πόλει Ῥώμῃ. λιμένα δὲ μέγιστον αὐτῇ δημιούργησε, τῆς ἀπὸ τοῦ νότου κινδυνωδῶν ἀλεξητήριον ποιῶν, καὶ σταυρὸν σιγμοειδῆ μᾶλλον ἢ εὐθεῖαν, ὅπερ ὁ λιμὴν κατάγνυσι. ἔτι δὲ βιβλιοθήκην ἐν τῇ βασιλέως οἰκοδομήσας στοᾷ, καὶ ταύτῃ βίβλους ὅσας εἶχεν ἐναποθέμενος, ὅπερ ἦν χρὴ Πέρσην παρασκευάζετο πόλεμον. δέκα δὲ μείνας ἐν τῷ Βυζαντίῳ μῆνας, καταστήσας στρατηγοὺς Ορμίσδαν καὶ Βίκτωρα· καὶ τοὺς ταξιάρχους αὐτοῖς καὶ τὰ στρατόπεδα παραδοὺς, ὅπερ ἦν Ἀντιόχειαν ἤλαυνε. μεθ' ὅσης μὲν ἡσυχίας καὶ ἀλαζονείας ἡ ὁδὸν ἅπασι οἱ στρατιῶται διήνυσε, λέγειν καὶ αἰσχρὸν. οὐδὲ γὰρ ἦν εἰκὸς ἀπηχές τι περᾶξαι τούτους, ὑπὸ Ἰουλιανῷ βασιλεῖ τεταγμένους. ὑπομνήσαντα δὲ αὐτὸν τῆς Ἀντιοχείας,

1. Alii [Τρόφιμον αὐτὸν.]

2. Abeſſe hanc vocem à Pal. Cod. innuit Sylburg. ita ut vel prorſus tollendam cenſeat, aut ejus loco ſubſtituendam [πόλει] quaſi inſtitueretur hic loci comparatio inter *novam veteramque Romam*; probabili quidem conjecturâ cum vix ſit credere Zoſimum ita hic ſcripſiſſe, cum tam frequens alibi ſit in Ellipſibus. δέχεται

δέχεται φιλοφρόνως ὁ δῆμος· φιλοθεάμων ὢν ὢν φύσει, καὶ τυφῷ μᾶλλον ἢ παιδείαις ἐνδεδομένος, εἰκότως τῷ αὐτῷ καὶ τὰ πάντα τοῦ βασιλέως ἐδυσχέραινε φρόνησιν καὶ σωφροσύνην, εἰργομένου τοῦ θεάτρων ἑαυτὸν, σπανίως τε καὶ οὐδὲ διὰ πάσης θεωρουμένου τῆς ἡμέρας. ἀφέντες τοίνυν φωνάς ἀλλοκότους, ἐλύπησαν· ὁ δὲ, ἠμύνατο, πρωτείαν μὲν οὐδεμίαν ἔργῳ αὐτοῖς ἐπιθείς, λόγον δὲ αἰσχρότατον εἰς αὐτὰς τε καὶ τὴν πόλιν συνθείς· ὃς τοσοῦτον ἐν ἑαυτῷ μετ' εἰρωνείας ἔχει πικρίαν, ὥστε πανταχῆ γῆς ἥκειν τὰ Ἀντιοχέων ὀνείδη διατρίβειν. ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ὕστερον ὧν ἔπαισεν μετεμέλησεν· ὁ δὲ βασιλεὺς, βουθήσας τὰ εἰκότα τῇ πόλει, καὶ πλῆθος πολὺ βουλευτῶν βελτίστων, ἐκ παίδων εἰς τοῦτο καλαγομένων· καὶ ἐπ' ὄσοις ἔτυχον τεκοῦσαι βελτίστων συγκατέρχεσθαι (ὀλίγοις γὰρ δεδομένον ἔγνωμεν πόλεσιν) ἀνῆκέ τε πολλὰ κακῶς καὶ δικαίως οἰκονομήσας, ὅτε καὶ Πέρσῶν παρεσκευάζετο πόλεμον.

Χειμῶνος ἤδη τοῦ χειμῶνος, τὴν στρατείαν συναγαγὼν, καὶ τὴν τάξιν ἐν κόσμῳ προπέμψας, ἐξώρ-

ingreſſum blande populus excepit. Sed quod idem natura ſpectandorum ludorum cupidus eſſet, magiſque voluptatibus, quam ſeriis negotiis deditus: non abs re prudentiam & modeſtiam imperatoris in rebus omnibus ægre ferebat, qui & de theatris ſe ſubduceret, & raro ludos, nec toto die ſpectaret. Quapropter portentoſis quibuſdam vocibus emiſſis, eum pungebant. Imperator ſemet ulciſci, non facto pœna eis ulla irrogata, ſed oratione quadam urbaniſſima tam in ipſos, quam urbem compoſita: quæ tantam in ſe, cum irriſione, continet acerbitatem, ut ubique terrarum didendis Antiochenorum probris ſufficerit. Sed hos quidem delictorum ſuorum pœnituit. Imperator autem, urbe ſublevata, ubi quidem hoc poſceret æquitas, eique magno decurionum conceſſo numero, qui paterna ſucceſſione munus hoc conſequerentur; admiſſis & illis, quotquot decurionum filiæ progenuiſſent; quod ſane perpaucis municipiis datum ſcimus: aliis denique multis præclare juſteq; conſtitutis, ad bellum Perſicum ſemet accingebat.

Hieme jam exacta, collecto exercitu, eoque decenti ordine præmiſſo, egreſſus eſt Antio-

2. Cui titulus eſt [Μισοπώων] Libri ſcribendi ratio hæc erat. Antiochenſes cum Cupedioarii omnes urbe exceſſiſſent eo quod Julianus rerum Veaalium pretia imminuerit, protinus illi barbam vellicant Antiochenſes, quam habuit prolixam, κείρειν τε ἔλεγον τοῦτον, καὶ ψιλὸν ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ: quorum convitia retorquet Julianus libro palam emiſſo, perpetuamque iis mollitiei ac infamiæ notam inurit.

chiam

chiam, quum ne perlitare quidem potuisset. Id autem quo pacto acciderit, quamvis cognitum habeam, silentio præterire malo. Quum die quinto perveniisset Hierapolim, ubi cunctas naves, tam militares, quam onerarias, convenire jusserat Samosatis, & aliis ex locis, quæ in Euphrate fluvio navigatione utuntur: præfectum eis Hierium quemdam, cohortium militarium ducem, præmisit; ipse tres dumtaxat Hierapoli dies commoratus, Batnas versus, opidulum quoddam Osdroenæ, progressus est. Ubi populus Edesenorum universus ei factus obviam, & coronam offerebat, & faustis acclamationibus in urbem suam invitabat. Imperator, accepto dono, civitatem ingressus, & decretis ei quæ par erat, Carras perrexit. Hinc jam duobus propositis itineribus, quorum alterum per flumen Tigrim, & urbem Nisibim, Adiabenicas ad satrapias ducit; alterum per Euphratem, & Circesium; (castelli hoc nomen est, quod Aboras fluvius, & μησε τῆς Λυτιοχείας, ὑδὲ τὴν ἱερείαν αἰτίαν αὐτῷ γνωσθῆναι. τὸ δὲ ὅπως, εἰδὼς ὑφήσομαι. πέμπτην δὲ τὴν Ἱεραπόλιν ἡμέρᾳ καταλαβὼν, ἔνθα ἔδει τὰ πλοῖα πάντα συνδραμεῖν στρατιωτικὰ τε καὶ φορτικὰ, ἐκ τε Σαμοσάτων καὶ ἐξ ἄλλων τὸν Εὐφράτην καλαπλέοντα τόπων τούτοις ἐπισκήψας Ἱέριον, τὴν ἡγεμονίαν τινὰ στρατιωτικῶν ταγμάτων, προέπεμψεν. αὐτὸς δὲ τρεῖς ἐπιμείνας τῇ Ἱεραπόλει μόνας ἡμέρας, ὅτι ἡ Βάτνας, τὸ Οσδροηνῆς πολίχνιόν τι, πορεύει. ἔ δὲ ὑπαντῶσιν Ἐδεσηνοὶ πανδημεὶ, στέφανόν τε προσφέρον, καὶ μετ' εὐφημίας εἰς τὴν σφῶν πόλιν ἐκάλουν. ὁ δὲ, δῶρον δεξάμενος, καὶ ἐπισὰς τῇ πόλει, καὶ ὅσα ἔδει χρηματίσας, ἐπὶ Κάρρας ἐβάδιζε. δυοῖν τοίνυν ἐντεῦθεν ὁδοῖν προκειμένοιν, τῆς μὲν διὰ τε ποταμοῦ Τίγριδος καὶ πόλεως Νισίβεως τῆς Αδιαβηνῆς σατραπείας ἐκδεχούσης· τῆς δὲ, διὰ τε Εὐφράτου, καὶ τῆς Κιρκησίου (φρούριον δὲ τοῦτο κεκλήσθαι ὑπὸ τῆς Αβώρα ποταμοῦ καὶ αὐτῷ τῷ Εὐ-

---

1. Cause Zosimus, qui hinc sibi silentium indicit, ne rem Paganismo ingratam faceret. Causam itaque, quare non litaverit julianus, hanc habe. In Antiochiæ suburbio [*Daphne*] positum erat multis retro annis à Seleuco Antiochi patre qui urbi nomen dedit, Apollinis simulacrum, quod, cum Julianus responsum peterer, petentem infecta re dimisit. Ὡς δὲ ἦν εἰδώλου ἐκεῖνο κωφὸν οἱ Νικηφόροι τὴν αἰτίαν τῆς σιωπῆς ἀπηγγείλαμεν, διὰ τὰς ὀστᾶ κειμένους κακῶς σιωπᾷν τὸ ἄγαλμα ἔλεγον. *Zonaras.* de qua re fusius Sozimen. lib. 5. Eccl. Hist. c. 18. Qui propter Babylæ Martyris bustum vicinum hoc dæmoni non licuisse narrat.

2. Hujusce expeditionis descriptionem conferas licet cum illa Amm. Marcellini lib. 23.

φράτου,

φράτε, τοῖς ὃ Ἀσσυρίων ἐθνεσιν συναπτόμενον) σκεπτομένῳ τ᾽ τ᾽ βασιλέως, ποτέρα τούτων χρήσασθαι δέοι πρὸς τ᾽ διάβασιν, ἔφοδος ἀπηγγέλθη Πρσῶν, ὡς καλαδραμόντων τόπους Ρωμαίοις ὑποχειρίους, ἢ συνταραχθῆναι μὲν ἐκ τούτου τὸ στρατόπεδον συνέβη· μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς, λῃστὰς εἶ μᾶλλον, οἳ ἁρπάσαντες τὰ ἐν ποσὶν, ἀνεχώρησαν, ἔγνω φυλακὴν ἀρκοῦσαν τοῖς ἐπὶ τ᾽ Τίγρητα χωρίοις καταλιπεῖν· ὡς μὴ, τ᾽ δυνάμεως ἁπάσης σὺν αὐτῷ διὰ τ᾽ ἑτέρας ὁδοῦ τῆ Πρσῶν ὁπίσω ὁπικρατείᾳ, λαθόντες οἱ Πέρσαι, Νίσιβιν ἢ τὰ ταύτῃ προσκείμενα πάντα κακώσαιεν, εὑρόντες ἔρημα βοηθείας. ἔδοξεν ἓν ἐπιλεκτοῖς ἢ μυρίοις ὁπλίταις αὐτόθι καταλειφθῆναι, στρατηγεῖν δὲ τούτων Σεβαστιανὸν ἢ Προκόπιον· αὐτὸν δὲ ἅμα τῇ πάσῃ δυνάμει διὰ τ᾽ Εὐφράτου χωρῆσαι, διχῇ διελόντα τ᾽ σὺν αὐτῷ στρατιάν· ὥστε παντοχόθεν, ἵππους τ᾽ πολεμίων ὀφθεῖεν, εἶ) αὐτὸς τούτοις αὐθισταμένους, ἢ μὴ ἐπ᾽ ἀδείας τὰ προσπεσόντα καλαδραμεῖν.

Ταῦτα ἐν Καίῤῥαις καλθεὶς, (ἣ δὴ πόλις διοείζει Ρωμαίους ἢ Ασσυρίους) ἤρετο τὸ στρατόπεδον ἐξ ὑπάτου τινὸς θεωρῆσαι χωρίου, ἄγασθαι δὲ τὰ πεζικὰ τάγματα ἢ τὰς τ᾽ ἱππέων ἴλας· ἦσαν δὲ ἅπαντες, ἀνδρες πεντακισχίλιοι ἢ ἑξακισμύριοι. ἐξορμήσας δ᾽ ἐκ Καῤῥῶν, ἢ τὰ ἐν μέσῳ καλαδραμὼν

Euphrates ipſe circumfluit, Aſſyriorum finibus contiguum) & imperatore deliberante quonam horum itinerum ad tranſjectionem utendum eſſet: Perſarum irruptio nuntiata fuit, qui per loca ditionis Romanæ graſſari perhiberentur. Ea res fecit, ut perturbatio quædam in caſtris exoriretur. Sed Imperator, cognito, latrones hos potius eſſe, qui raptis rebus obviis abſceſſiſſent: ſatis magnum præſidium ſitis ad Tigrim flumen agris relinquendum ſtatuit, ne copiis univerſis ſecum per alterum illud iter, Perſicum territorium ingreſſis, clanculum Perſæ Niſibim, & omnia Niſibi vicina loca, præſidiis & ope deſtituta, divexarent. Itaque placuit, ut decem & octo millia gravis armaturæ militum ibi relinqueret, quorum duces Sebaſtianus & Procopius eſſent: ipſe cum univerſis copiis iter per Euphratem faceret, exercitu duas in partes diviſo; ut ab omni parte conſpectis hoſtibus reſiſti poſſet, nec in quævis obvia per ſummam illi licentiam excurſitarent.

His apud Carras conſtitutis, quod opidum Romanos & Aſſyrios diſterminat, exercitum de ſublimiore quodam loco ſpectare voluit, & tam legiones pedeſtres, quam alas equitum admirari. Erat autem numerus omnium, ſexaginta quinque hominum millia. Carris profectus, caſtellis interje-

ctis ad Callinicum uſque curſim tranſitis, ac delatus inde Circeſium, de quo ſupra dictum eſt, Asbora flumine tranſjecto, per Euphratem navi conſcenſa vehebatur. Sequebantur & milites, qui annonas ſecum portaverant; in naves conſcendentibus iis, quibus hoc injunctum erat. Jam enim claſſis ad Imperatorem venerat: in qua claſſe numerus erat navium ſexcentarum, quæ de lignis erant factæ; de corio, quingentarum Præter has aderant & quinquaginta naves militares, aliaque navigia comitabantur; quibus, ſi uſus ita poſceret, jungendi pontes eſſent, per quos exercitus pedes tranſiret flumina. Sequebantur & alia complura navigia, quæ partim annonam exercitui vehebant, partim ligna fabricandis machinis idonea, partim jam fabricata tormenta obſidionalia. Navarchi facti ſunt Lucianus & Conſtantius. Talis quum eſſet exercitus ordo, de tribunali quodam Imperator ad univerſos ea, quæ ex officio requirerentur, proloquutus, & militibus congiario centum & triginta nummorum argenteorum viritim dato, contra Perſas movere cœpit, Victore pedeſtribus copiis duce dato, equeſtribus Hormiſda, cui Arinthæum ad-

φρέατα μέχει Κωμιτίκης, κἀκεῖθεν ἐλθὼν ὅπι τὸ Κιρκήσιον, ὡς ἔ πρότερον εἴρηται· ἀφεὶς τὸν [1] Ασβώραν ποταμὸν, ἔπλει διὰ τῦ Εὐφράτου, νεὼς ὁπλοφόρους. ἠκολούθουν δὲ καὶ οἱ στρατιῶται, τὰς σιτήσεις δὴ κεκομισμένοι. καὶ ἀνέβαινον εἰς τὰ πλοῖα, ὅσοις ἐπετέτακτο τῦτο. ἤδη γὰρ ὁ σόλος ἀπαντήσας ἐτετυχήκει, φέρων ἀριθμὸν πλοίων, ἓξ μὲν ξύλων πεποιημένων, ἑξακοσίων, ἀπὸ δερμάτων δὲ, πενηκοσίων. ἦσαν δὲ πρὸς τύτοις καὶ στρατιωτικαὶ νῆες πεντήκοντα· καὶ ἕτερα [2] πλατεῖα συνηκολούθων· δι' ὧν, εἴ τε δέησειεν, ἔδει γίνεσθαι ζεύγματα, πεζῇ διδόντα τῷ στρατοπέδῳ τὸς ποταμὸς διαβαίνειν. ἠκολούθει δὲ καὶ ἑτέρα πάμπολλα πλοῖα· τὰ μὲν, σφᾶς φέροντα τῷ στρατῷ· τὰ δὲ, ξύλα πρὸς μηχανὰς ὁπλοφόρους· τὰ δὲ, καὶ τὰ ἤδη κατεσκευασμένα πολιορκητικὰ μηχανήματα. κατέσησαν δὲ ναύαρχοι, [3] Λουκιανὸς, καὶ Κωνστάντιος. ἔσης δὲ τοιαύτης τῦ στρατῦ τάξεως, ἀπὸ τινος βήματος ὁ βασιλεὺς πᾶσιν ὁμῦ τὰ καθήκοντα διαφωνήσας, ἀργυρῶν τε νομισμάτων τριάκοντα καὶ ἑκατὸν τῷ στρατιώτῃ ἕκαστον δόσει τιμήσας, τε ὅτι Πέρσας εἰσβολὴν ἐποιήσατο τῇ μὲν πεζῇ, Βίκτωρα στρατηγὸν κα-

1. Supra Αβώρας leg.

2. Πλοῖα Sylburg. niſi ſi Zoſimus naves innuat juſtæ magnitudinis.

3. Dumque hos alloquitur, milites ſc. Xerxis illius potentiſſimi regis inſtar claſſis advenit, Tribuno *Conſtantiano* cum comite *Luciliano* ducante. *Amm. Marcell. lib. xiii.*

τα-

τα πσάμθ. Ορμίσδαν ὄ, τ ἵππου, ϗ Λευκιλλιανοῦ συὶ τέτο. ὡδὶ ὃ Ορμίσδης ϗ πρότερον εἴρηται, ὅτι Πέρσης τ ἦν, ϗ βασιλέως υἱός· ὑπὸ ὃ ἀδελφῆ ἀδικηθεὶς, ϗ φυγὼν, πρὸς Κωνσαντῖνον τ ἦλθε τ βασιλέα· ϗ δίνοίας δοκίμια παρεχόμθ, τιμῆ ϗ ἀρχῶν ἠξιώθη μεγίσων.

Εἰσβαλόντι τοίνυν εἰς τὰ Πρσῶν ὅεια τῷ βασιλεῖ, τὸ μὲ εὐώνυμον εἶχεν ἡ ἵππ, συμβαδίσασα τῇ ὄχθῃ τ πολαμ· τὸ ὃ πτερὸν μοῖρα τῷ δεξιῷ ἠκολέθει· τὸ δὲ λοιπὸν ἡ σρατιὰ, σταδίοις διεχῶσα ἑβδομήκοντα. τοῦτο δὲ τὸ μέσον εἶχε τά τ νωτοφόρα ζῶα, τὰ βαρέα τῆς ὁπλων ϗ τ ἄλλ ὡδὶ σκελὶ φέροντα, ϗ ὅσον ἰδ ἐπιρεπικόν· ὡς ἂν ἔτ ἀσφαλῶς εἶεν ϗ ἕτοι, τῷ σρατῷ παντα χόθεν αὐτὰ ὡδὶ ἐχοντ. ἔτα ἀφεθεὶς τ ὅπῃ τὸ πρόσω πορείαν, χιλίους ἔγνω ϗ πενταχοσίους πρεμπέμψαι, κατασκεψομένους εἴ τι πολέμιον ἢ πρφανῶς, ἢ δι ἐνέδρας ὅπῃ, Λουκιλλιανὸν αὐτοῖς ὅπισ ίους. ἑξήκοντα δὲ προβάντων σταδίους, εἴς τι χωρίον ι Ζαυδὰ προσαγορδόμθον, ἦλθε. ϗ ἐντεῦθεν εἰς Δοῦρα, ἴχν μ, ὡς ἄρα ποτὲ πόλις ἦν, φέρουσαν, τότε δὲ ἔρημον ὂ Γορδιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐδείκνυτο τάφ. ἔνθα ϗ πλῆθ ἐλάφων

junxit. De Hormisda prius etiam diximus, fuisse natione Persam, & filium regis, qui à fratre adfectus injuriis aufugerit, & ad Constantinum imperatorem pervenerit; editisque fidei ac benevolentiæ documentis, honores & magistratus amplissimos promeruerit.

Quum ergo Persarum in fines irruisset Imperator, lævum quidem cornu tenebat equitatus, qui propter ripam fluminis progrediebatur; pars autem peditatus, ad dextrum latus comitabatur; reliquum agmine continebatur maximo, quod septuaginta stadiis aberat. Hoc interjectum spatium complectebatur partim jumenta sarcinas gestantia, quæ graviora scilicet arma, cum adparatu reliquo, ferebant; partim quidquid calonum erat; ut & illi tuto essent loco, undique ab exercitu concluſi. Sic ulterius progrediendum ratus, mille quingentos præmittendos statuit, Lucilliano duce, qui explorarent, an hostile quoddam agmen vel palam, vel per insidias irrueret. Sexaginta progressus stadiis, quemdam ad locum venit, cui Zautha nomen. Inde Dura; cujus, ut urbis quondam, vestigia quædam restabant, sed id temporis desertæ: ubi sepulcrum Imperatoris Gordiani ostendebatur.

1. Zaita, Marcell. *Ubi Gordiani Imperatoris longe conspicuum vidimus tumulum.* Non itaque Duræ, ut ponit Zosimus; qui tamen alias Marcellini vestigia premit in hac descriptione.

Ibidem milites ingentem cervorum multitudinem conſpicati, telis conficiebant, & ad ſatietatem carnibus eorum veſcebantur. Inde ſtationibus quatuor emenſis, quemdam ad vicum pervenit, Phathuſas dictum. Erat autem ex adverſo inſula in flumine, quæ caſtellum habebat, à plurimis inhabitatum. Huc miſſo Lucilliano, cum exploratoribus mille, quibus præerat, caſtellum obſidione cingebat. Et quam quidem diu nox erat, obſeſſores à nemine deprehendebantur. Ubi vero dies illuxiſſet, à quodam incola caſtelli, qui aquationis cauſa prodierat, conſpecti; magnopere perturbarunt eos, qui erant in caſtello. Quum autem in murum conſcendiſſent omnes, Imperator in inſulam cum tormentis & cæteris copiis tranſportatus, caſtello clauſis futurum denuntiabat; ut, ſi ſeipſos cum caſtello dediciſſent, manifeſto & certo interitu liberarentur. Quo quidem ab eis facto, viros cum liberis & uxoribus, in ditionem Romanam, cum præſidio militari miſit: ducem vero ipſorum Puſæum, tribunatus officio donatum, deinceps inter familiares, fidelem expertus, habuit.

Secundum hæc confecto quodam itinere, perventum eſt ad aliam fluminis inſulam, qua in inſula munitiſſimum caſtellum erat: quod Imperator adortus, quum ab omni parte reperiſſet inexpugnabile, dediti-

φανὲν, οἱ στρατιῶται καταπεξεύσαντες, ἄλις ἐχρήσαντο τῇ ἐκ τούτων τροφῇ. σταθμοὺς δ' ἐντεῦθεν δι' ὑδάτων τέσσαρας, εἴς τι χωρίον ἀφίκετο· Φαθοῦσαν ὄνομα τούτῳ. ἦν δὲ ἀντίχρη ἐν τῷ ποταμῷ νήσου, ἔχουσα φρούριον ὑπὸ πλείστων οἰκούμενον. τούτῳ Λουκιλλιανὸν ὀπτίονας ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτῷ κατασκόποις χιλίοις, ἐπολιόρκει τὸ φρούριον. καὶ ἕως μὲν ἦν νύξ, ἐλανθανον οἱ πολιορκοῦντες· ἡμέρας δ' γενομένης, ὑπό τῶν ἐν τῷ φρουρίῳ τινὸς ὑδρείας ἕνεκα προελθόντος, ὀφθέντες, εἰς θόρυβον τοὺς ἔνδον κατεστησαν παίτων τε καὶ εἰς τὸ τεῖχος ἀναβαίντων, ὁ βασιλεὺς ὅπλα τοῖς νήσου μηχαναῖς ἅμα καὶ ἑτέραις δυνάμεσι παρασκευάσας, παρεζεύξατο τοῖς ἔνδον, ἑαυτόν τε καὶ τὸ φρούριον παραδοῦναι, πρόδηλον ἐκφυγεῖν ὄλεθρον. ἐπεὶ δὲ τοῦτο πεποιήκασιν, ἄνδρας μὲν σὺν παισὶ καὶ γυναιξὶν εἰς τὴν ὑπὸ Ρωμαίων ἐχομένην γῆν, ἅμα φυλακῇ στρατιωτῶν παρέπεμψε· Πουσαίῳ δὲ τῷ τούτων ἡγουμένῳ, δὺς ταξιάρχου προκλίδα, τὸ λοιπὸν ἐν τοῖς ὀπτηδείοις εἶχε, πίστιν πειραθείς.

Ἐντεῦθεν ὁδόν τινα διαμείψας, ἐνέτυχεν ἑτέρᾳ τῇ ποταμοῦ νήσῳ καθ' ἣν φρούριον ὀχυρώτατον ἦν. ὃ προσβαλὼν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἅλωτον παντάχοθεν ἰδὼν, ἐκδέχεται σφᾶς αὐτὸς ἀπήντᾳ, καὶ μὴ ἀναμεῖναι

ἢ ἐκ τῆς ἁλώσεως κίνδυνον. τῷ δὲ, τοῦτο ποιήσειν ὅσῳ ἂν ἧττον τοὺς ἄλλους δρῶντας διαφύγοντο, ὑπονοούμενον, ὅτι τὰ πρόσω δύσ. ἧττον ἕτερα δὲ φρούρια καθέλιπε, τοῖς ὁμοίοις πεισθεὶς ὑποσχέσεσιν. ἔφετο γὰρ μὴ περὶ μικρὰ διατείβειν τὸ χρόνον, ἀλλ' εἰς τὸ κεφάλαιον ἑαυτὸν [1] ἐμβαλεῖν τῷ πολέμῳ. σταθμοὺς δέ τινας διαμείψας, εἰς [2] Δάκιρα παρεγένετο, πόλιν ἐν δεξιᾷ πλέουσι τὸν Εὐφράτην κειμένην. ἣν τινα τῶν οἰκούντων ἔρημον εὑρόντες οἱ στρατιῶται, σῖτόν τε πολὺν ἐναποκείμενον εὗραν, καὶ ἄλλων πλῆθος· ἐκ μείζονος γυναῖκάς τε τὰς ἐπιλελειμμένας ἀποσφάξαντες, ἔπειτα κατέκαυσαν, ὥστε οὐδὲ τοὺς ὁρῶντας, μηδὲ γεγονέναι πόλιν αὐτόθι. ὅπῃ δὲ ἡ ἀντίπορος ἤϊόνος, ἦν ᾗ ὁ στρατὸς ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, πηγή τις ἦν ἄσφαλτον ἀναδιδοῦσα. μεθ' ἣν εἰς Σίδα, εἶτα εἰς Μηγίαν ἀφικόμενος, μετ' ἐκείνην εἰς [3] Ζαραγαρδίαν πόλιν ἦλθεν· ἐν ᾗ βῆμα ἦν ὑψηλὸν, ἐκ λίθου πεποιημένον· ὃ Τραϊανὸν καλεῖν εἰώθασιν οἱ ἐγχώριοι. ταύτην ἐᾶσαι τὴν πόλιν οἱ στρατιῶται διαρπάσαντες, καὶ ἐμπρήσαντες, αὐτῇ τε τῇ ἡμέρᾳ καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἀναψυχὴν ἦγον.

Θαυμάσας δὲ ὁ βασιλεὺς, ὅτι τοσαύτην τε στρατὸν διαδραμόντα

onem ut facerent, poſtulabat; neve periculum expugnationis exſpectarent. Illis id ſe facturos policitis, quod & alios facere vidiſſent; ad ulteriora perrexit, itidemque caſtella quædam alia poſt ſe reliquit, ſimilibus promiſſis adquieſcens. Nam circa minuta nequaquam terendum tempus exiſtimabat, ſed ipſum belli caput petendum. Stationibus nonnullis emenſis, Dacira venit, opidum navigantibus Euphratem ad dextram ſitum: quod ubi deſertum ab incolis reperiſſent milites, tum vim frumenti magnam in eo repoſitam diripiebant, tum rerum aliarum copiam non exiguam; & relictis ibi mulieribus trucidatis, uſque adeo diruebant urbem, ut locum intuentes exiſtimarent, nullum iſtic opidum unquam exſtitiſſe. In adverſa ripa, qua iter faciebat exercitus, fons quidam erat, bitumine ſcatens. Hinc Sitha perveniens, inde Megiam, poſt opidum Zaragardiam acceſſit: in quo ſublime tribunal erat, ex lapide factum, quod incolæ Traiani vocare conſueverunt. Eo milites opido nullo negotio direpto & exuſto, diem illum cum poſtero corporum refectioni dederunt.

Imperator autem, miratus quod, quum tantum itineris

1. Ἐμβάλλειν. Sylb. ut melius congruat cum [Διατρίβειν]
2. Diacira. *Marcellinus.*
3. Oxogardanam. *idem.*

jam

jam confeciſſet exercitus, nullus adhuc nec ex inſidiis, nec aperte globus hoſtilis occurriſſet: Hormiſdam cum copiis ſpeculatum emittit, veluti rerum Perſicarum accuratiſſime gnarum. Is parum abfuit, quin extremum cum iis, quos ſecum habebat, periculum adiret; ni caſus quidam eos inopinato ſervaſſet. Nam Surenas, (magiſtratus hoc apud Perſas nomen eſt) inſidiis quodam loco poſitis, Hormiſdam cum militibus ſuis opperiebatur; & prætereuntes, ac nihil ejuſmodi exſpectantes adgredi cogitabat. Et quidem res eis ex voto ceſſiſſet, niſi quidam interjectus utriſque alveus ex Euphrate, præter morem excreviſſet, & impedimento militibus Hormiſdæ fuiſſet, quo minus tranſjicerent. Propterea tranſitu dilato, poſtridie conſpectum Surenam, & eos, quos ille participes inſidiarum habebat, converſis agminibus adorti ſunt: eiſque partim interfectis, partim terga dare coactis, cum exercitu reliquo ſe conjunxerunt. Progreſſi ulterius, ad quemdam ex Euphrate derivatum alveum pervenerunt, qui pertinet in longitudinem ad Aſſyriam uſque, ſimulque ſe per totam ad Tigridem uſque regionem extendit. Heic milites in lutum quoddam tenax, & paluſtria loca delati, præ-

ὁδὸν, ἀδεὲς ἐκ Πρσῶν ὄτε λόχος ἐξ ἐνέδρας, ὄτε ἐκ τῆ παρφανῆς ἀπλώτησέ τι πολέμιον, Ορμίσδαι εἰς κατασκοπὴν ἐκπέμπει μετ' δυνάμεως, οἷα τὰ Πρσῶν διὰ πάσης ἀκριβείας εἰδότα. ὃς μικρῦ πρὸς ἕξαλον ἐλπλύθει μετ' αὐτ σὺν σὺν κινδύνων, εἰ μὴ τύχη τις αὐτὸς ἐκ ῥᾳδιόξε διέσωσεν. ὁ γὰρ Σερλίας (ἀρχῆς δ' τῦτο παρὰ Πέρσαις ὄνομα) λόχον ἔν τινι τόπῳ καθίσας, Ορμίσδαν καὶ τὸς σὺν αὐτῷ στρατιώτας ἐκαραδόκει, παειῦσιν ἐξέλων ἐπιθεῖν, ἀδὲν τοιῦτον πρσδεχομένοις· κὴ δὴ τὰ μὲν ἐλπιδ αὐτοῖς εἰς ἔργον ἐξέβαινεν, εἰ μὴ διῶρυξ ἐν μέσῳ ἐκ τῆ Εὐφράτ πέρα τ συνήθως ῥυεῖσα, τὴν τε Ορμίσδαν ἐκώλυσε τὸν διάβασιν. κὴ διὰ τῦτο ἀναβληθείσης τῆς παρόδ, τῇ ὑσεραίᾳ φανέντι τὸν Συρήνᾳ, καὶ τοῖς [2] κοινωνήσασιν αὐτῷ τ ἐνέδρας, συσραφέντες, ἐπέθεντο κὴ τὸς μὲ ἀνέλοντες, τὸς δὲ τρέψαντες εἰς φυγὴν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ συνέμιξαν. προϊόντες δὲ εἰς τὸ πρόσω, εἴς τινα τ Εὐφράτ διῶρυχα διῆλθον, ἐκλεινομένῳ μὲ εἰς μῆκος ἄχρι τ Ασσυρίων, συμπαρατεινομένῳ δὲ πάσῃ τῇ μέχρι τ Τιγρητος χώρᾳ. ἐνταῦθα πηλῷ κολλώδει κὴ τέλμασιν ἐμπεσόντες οἱ στρατῶται, κὴ τὸς ἵππους

1. *Poſt regem apud Perſas promeritæ dignitatis.* idem.
2. Inter quos erant Malechus Podvlaces & Phylarchus famoſi nominis latro.

μαλλον

ζίγια πρὸς τ ὁπτηδείαν κομιδὴν καὶ ἐπάρκειαν, τοσαύτην ὁδὸν καὶ πᾶσι διὰ πολεμίας ταλαιπωρήσαντα. καὶ οἱ Πέρσαι τὰ ἡμίαλα συλλέγοντες, ὅσα οἷοί τ ἦσαν, καὶ τοῖς ὀχυρωτάτοις ἐναποκλείσαντες τόποις, τῆς ἀπὸ τούτων χρείας τὸ Ρωμαϊκὸν ἀφῄρηντο στρατόπεδον. ἐν τούτοις δὲ ὅμως ἦσαν αὐτοῖς, ἐπιφανῆ μὲν πρὸς τὰ παρόντα καὶ μάχης ἡμιμοίρου, ἐκράτουν τῷ πλείονι Ρωμαῖοι, πολλοὺς ἅμα τῶν Περσῶν ἀνελόντες. τῇ δὲ μετὰ ταῦτα ἡμέρᾳ, περὶ πλήθουσαν ἀγοράν, οἱ Πέρσαι συντυχόντες εἰς πλῆθος, τοῖς ἀγομένοις τοῦ Ρωμαίων στρατεύματος ἀδοκήτοις ἐπέπεσον. οἱ δὲ, ἀσυντάκτοις τέως οὖσι, καὶ τῷ αἰφνιδίῳ τ ἐφόδου συνταραχθέντες, ὅμως ἀντεπῆγον προθυμουμένου, τ βασιλέως, ἢν τῷ εἰώθει, περιιόντος, καὶ εἰς δέοντας τὰς τάξεις ἐγείροντος. ἐπεὶ δὲ εἰς χεῖρας ἄπαντες ἦλθον ἀμήλοις, ἐπῶν τοὺς ταξιάρχους καὶ λοχαγοὺς, αὐτομεμιγμένου δὲ τῷ πλήθει, ἵ πλήττεται ξίφει παρ' αὐτοῦ τῆς μάχης ἐν ἀκμῇ· καὶ ὁπτηδείᾳ ἀσπίδι, φοράδην ὑπὸ τ σκηνὴν ἄγεται· μέχρι τ νυκτὸς μέσης. ἀφικόμενος, ἀπέθανεν, ὁ πόλεμος τ Περσῶν ἡγεμονίαν ἀπωλείας καλαπάσας ἐλάττης.

do commeatui non ſufficiebant, tanti jam itineris ærumnis in hoſtili ſolo confecta; & Perſæ, quoſcumque poterant, fructus colligentes; eorum intra munitiſſima loca concluſorum uſu Romanos prohibebant. Hoc autem rerum ſtatu Perſicis legionibus conſpectis, initaque pugna, longe Romani ſuperiores evadebant, multis Perſis interfectis. Poſtridie ejus diei, quo tempore forum frequentiſſimum erat, conglobati Perſæ nec opinantes eos, qui agmen extremum Romanorum cogebant, adorti ſunt. Illi, quamvis nondum adhuc ordines inſtruxiſſent, & impreſſione ſubita perturbati eſſent; tamen viciſſim in hoſtem pergebant alacriter, principe more ſuo circumeunte, ac legiones ad virtutem excitante. Quum ad manus undique ventum eſſet, & Imperator partim turmarum duces ac tribunos obiret, partim promiſcue conferta in turba militum verſaretur: in ipſo ardore prœlii gladio feritur, ſcutoque impoſitus ad tentorium deportatur; ubi vita mediam ad noctem uſque producta, mortuus eſt: Perſarum imperio propemodum ab eo jam ad extremum exitium redacto.

---

1. *Marcell. incertum ſubita equeſtris haſta cute brachii præſtricta, coſtis perfoſſis baſin in ima jecoris fibra, quibus adde.* Λέγεται γὰρ ὅτι ἐτρώθη αἰχμῇ ἐν τ ἀντιλαβῆς ἀφυσιμένῳ, ἀφ' ἧς τ αἰδοῖα ἀκρωτιάσας, εἶτα μὲ πρὸς φασιομένου τ χεῖρα ἀφορᾷν, καὶ τ ἰδίας σφαγῆς αὐτὸν ἐπιγελάσαντος. Zonaras. lib. 6. c. 3.

Interea vero, dum principis obitus ignoraretur, usque adeo exercitus Romanus superior hostibus exstitit, ut quinquaginta maximæ potestatis satrapæ, cum infinita multitudine, caderent. At ubi mors Imperatoris innotuit, jamque milites reversi essent ad tentorium, in quo cadaver jacebat; pugnabant adhuc quidem nonnulli Romani, atque hostem superabant: sed cohortes quædam è castello Persico, parentes Hormisdæ imperio milites adortæ, manum cum eis conserebant. Acri occepto prœlio, Antonius cecidit, ordinum palatinorum dux; quem Romani magistrum officiorum vocant. Et Salustius, præfectus prætorii, quum ex equo decidisset, imminentibus hostibus, fere fuisset trucidatus, nisi quidam ex adparitoribus equo descendens, fugæ capessendæ facultatem ei præbuisset: recedentibus una cum ipso & iis ordinibus duobus, qui stipare Imperatorem consueverunt, ac Scutarii dicuntur. Cæterum ex his qui terga dederant, sexaginta duntaxat milites cum sua, tum Romani nominis dignitate ad animum revocata, & ad mortem usque discrimini semet objicientes, eo castello potiti sunt; de quo Romanos adorti Persæ, superio-

Επὶ δὲ τῇ τελευτῇ τοῦ βασιλέως ἔτης ἀδήλου, τῆς Ρωμαίων ὁ στρατὸς ὅλῃ τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὥστε πεντήκοντα μὲν τῆς ἐν μεγίστῃ δυνάμει σατράπας πεσεῖν, καὶ ὅλῃ τούτοις ἄπειρον πλῆθος. ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ βασιλέως καταφανὴς ἐγένετο τελευτή, καὶ ἀνέστρεψαν ὅλῃ τὴν σκηνὴν ἔνθα νεκρὸς ἔκειτο, ἔτι μὲν ἔνιοι Ρωμαίων ἐμάχοντο, καὶ τῆς πολεμίων ἐκράτουν· λόχοι δέ τινες ἀπὸ φρουρίου Περσικοῦ, τοῖς ὑπὸ Ορμίσδᾳ τεταγμένοις ὁπλίζοντες, καθίστησαν εἰς χεῖρας. μάχης δὲ καρτερᾶς γενομένης, ἔπεσεν [1] Αντώνιος, ὁ τῆς ὧδε τῆς αὐλικῆς ἡγεμὼν τάξεως, ὃν καλοῦσι Ρωμαῖοι μάγιστρον· καὶ Σαλούστιος, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἐκπεσὼν τοῦ ἵππου, μικροῦ καθεφάγη, τῆς πολεμίων ὀλισθαινόντων, εἰ μή τις ὑπηρετήσας τῶν ἵππων, δέδωκεν αὐτῷ ἐκποδὼν ἰέναι φυγῆς· συναποκλινάντων αὐτῷ καὶ τῆς ἀμφὶ τὸ βασιλέα δύο ταγμάτων, οὓς σκηπτούχους προσαγορεύουσιν. ἐκ δὲ τῆς εἰς φυγὴν τραπομένων, ἄνδρες ἑξήκοντα μόνοι, σφῶν καὶ τῆς Ρωμαίων ἀξιώματος μεμνημένοι, παραδεδωκότες ἑαυτοὺς θανάτῳ, τῆς φρουρίου γεγόνασιν ἐγκρατεῖς, ἀφ' οὗ τοῖς Ρωμαίοις ἐπεξελθόντες οἱ Πέρσαι πλεονεκτεῖν ἔδοξαν· καὶ τρεῖς ἐξῆς

1. Dum hæc post discessum ducis ubique aguntur, exercitus cornu dextro defatigato & *Anatolio* interfecto, qui tunc erat officiorum magister. Sallustius præfectus actus in exitium præceps, & operâ suis Apparitoris casu evasit & fugâ *Marc. lib.* 25.

ἡμέρας τῆς πολεμίων ἐφεδρεύοντων, καὶ ὀλίγα μέρος τοῖς πολιορκοῦσιν ὑπεξεμπέσοντος. Τότε τοίνυν τῆς ἐν τέλει παίτων ἅμα τῷ στρατοπέδῳ σωθεισῆς, [1] βελὴ συνετίθετο, τίνι δέοι παραδοθῆναι τὴν τῆς ὅλων ἡγεμονίαν, ὡς μὴ οἵοντε ὄντος δίχα τῶν παίτων ὑποσωθῆναι τοὺς ὑπεκειμένους ἐν μέσῃ τῇ πολεμίᾳ κινδύνους ἀφφυγεῖν καὶ ψήφῳ [2] κοινῇ βασιλεὺς Ἰοβιανὸς ἀναδείκνυται, Βαρρωνιανοῦ, τοῦ τῆς δομεστίκων ἡγεμόνος τάξμαίος, παῖς.

Τὰ μὲν δὴ ἄχει τῆ Ἰυλιανῆ τελευτῆς, τόνδε πέφαγται τὸν τρόπον. Ἰοβιανὸς δὲ, τὴν ἁλουργίδα ἐνδὺς, καὶ τὸ διάδημα περιθέμενος, εἶχετο τῆ ὁδοῦ τάνδε πορείας. ἐπεὶ δὲ εἰς [3] Σῶμα τὸ φρούριον ἦλθεν, ἐπιπεσοῦσα ἡ Πρσῶν ἵππος τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ἐλέφαντάς τε καὶ ὀλίγους ἐπαγαγοῦσα, τὸν κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας ἐκάκουν. ἐπεὶ δὲ ἐν τούτῳ Ἰοβιανοὶ καὶ Ἐρκυλιανοὶ ταγμάτων ὄντων τοῦτο ὀνόματα, ὅθεν Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ καλεσάντα, φερόντων τὰς τούτων ἐπωνυμίας. ὁ μὲν γὰρ, Διὸς, ὁ δὲ, Ἡρακλέους ἐπώνυμον εἶχε. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἰσχὺν τῶν ἐλεφάντων ἀλκῆς ἐδιάζοντο,

res exſtitiſſe viſi fuerant. Quumque continuo deinceps triduo circumſideretur ab hoſtibus, non exigua parte copiarum obſeſſores adgreſſa, ſalvi evaſerunt. Tum vero cunctis optimatibus, una cum exercitu, collectis; conſultatum eſt, cuinam rerum ſumma committenda eſſet: quod fieri nullo modo poſſet, ut ex imminentibus medio in hoſtico periculis, principe deſtituti evaderent. Ideoque ſuffragio communi Jovianus Imperator deſignatur, Varroniani domeſticorum tribuni filius.

Et quæ quidem ad obitum uſque Juliani acciderunt, in hunc geſta fuere modum. Jovianus induta purpura, ſumtoque diademate, contentis itineribus domum pergebat Ad Suma caſtellum ubi veniſſet, equitatus Perſicus in Romanos irruptione facta, nec paucis adductis elephantis, dextrum cornu infeſtabat, in quo Joviani & Herculiani conſtituti erant. Exſunt à Diocletiano & Maximiano profectæ legionum adpellationes, habentium cognomina principum illorum; quorum alter Jovis, alter Herculis cognomentum uſurpavit. Ac initio quidem vim roboris elephantorum non ſuſtinebant,

1. Noluit enim Imperator ſucceſſorem nominare, ne aut dignum imperio præteret, aut ſuo ſuffragio comprobatum aliorum objiceret invidiæ. *Vide ſis orationem Jul. apud Marcell. lib. citato.*

2. Non tamen ſine partium ſtudiis, Victore & Arintheo ex ſuis unum, Gallorum quoque proceribus è ſuo commilitio alterum quærentibus.

3. Cum ad caſtellum *Sumere* nomine tenderemus. *Marcell.*

& multi fugientes cadebant. Verum ubi pariter & equitatum, & elephantos Persæ in nostros concitabant; ventum est ad acclivem quemdam locum, in quo Romanorum forte calones erant. His in periculi societatem venientibus, telaque in Persas de sublimi jacientibus, elephanti quidam vulnerati sunt; qui more suo fugam dolore perciti cum barritu capessebant, & equitatum omnem conturbabant: ita quidem, ut tam in hac fuga elephanti à militibus interficerentur, quam in ipso prœlio complures ex hostibus caderent. Perierunt & Romani legionum tribuni tres, dum fortiter dimicarent; Julianus, Maximianus, & Macrobius. Quumque humi jacentes perquirerent, & inter eos Anatolii cadaver reperissent; id ea sepultura cohonestarunt, quam temporis ratio concedebat, hostibus undique urgentibus.

καὶ πολλοὶ φεύγοντες ἔπιπτον. ἐπιλαμβάντων δὲ αὐτοῖς τῶν Πέρσῶν πρὸς τῷ ἵππῳ καὶ τοὺς ἐλέφαντας, ἦλθον εἴς τι χωρίον ἀνάντες, ἐν ᾧ τοὺς τῶν Ῥωμαίων σκευοφόρους ἔτυχεν εἶναι. τούτων δὲ συνεπιλαβόντων αὐτοῖς τὸν κινδύνου, καὶ ἐξ ὑπερδεξίου τοὺς Πέρσας ἀκοντίζόντων, ἐβλάβησαν τινες τῶν ἐλεφάντων, καὶ, ἢ καὶ ἦν ἔθος αὐτοῖς, ἔφυγον ὀδυνώμενοι μετὰ βρυχηθμοῦ, καὶ τὸ ἵππον ἅπαν συνετάραξαν· ὥστε τῇ φυγῇ καὶ ἐλέφαντας ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν καταφαγλιῶσαι, καὶ πολλοὺς ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ πεσεῖν. ἀπέθανον δὲ καὶ Ῥωμαίων τρεῖς λοχαγοὶ, γενναίως ἀγωνισάμενοι, Ἰουλιανὸς, καὶ Μαξιμιανὸς, καὶ Μακρόβιος. ἐρευνώμενοι δὲ τοὺς νεκροὺς, καὶ ἐν τούτοις εὑρόντες τὸ Ἀνατολίου σῶμα, ταφῆς ἠξίωσαν ἧς ὁ καιρὸς ἐδίδου, πολεμίων πανταχόθεν ἐπικειμένων.

Dies progressi quatuor, & ab hostibus undique vexati; persequentibus, ut Romanos proficisci viderent; fugientibus, quoties iidem ipsos invaderent; ubi latius spatium nacti fuissent, Tigrim transmittere decreverunt. Itaque colligatis utribus, quum ex iis juga quasi quædam confeciissent; his ipsis invecti transjecerunt. Postea quam adversa ripa milites potiti fuissent, etiam duces cum reliquis secure transmiserunt. Verum ubi ne sic quidem abscederent Persæ, sed magna cum

Ἡμέρας δὲ τέσσαρας προβάντες, καὶ πανταχόθεν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐνοχλούμενοι, διωκόντων μὲν, ἐπεὶ ὀδόντας ἴδοιεν, φευγόντων δὲ ὁπότε αὐτοῖς ἀντεπιοίεν Ῥωμαῖοι· γνωμήν τινος δίευχωρίας αὐτοῖς, τὸν Τίγριν διαβῆναι διέγνωσαν. δορὰς τοίνυν διήλοις συνδήσαντες, καὶ ζεύγματα τρόπον τινὰ διὰ τούτων καταστησάμενοι, ἐποχούμενοί τε τούτοις, διέβησαν. ὡς δὲ τὴν ἀντιπέρας ἐκράτησαν ὄχθην, τότε δὴ καὶ οἱ στρατηγοὶ σὺν τοῖς λειπομένοις ἐπ' ἀδείας διεβίβασαν. ἐπεὶ δ' οὔτω

τῶν

τῆς Περσῶν ἀποσάντων, ἀλλὰ σὺν πολλῷ πλήθει πανταχόθεν τῆς ὁδοῦ μέρους ἐπικειμένων, ἐν πᾶσιν ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι κινδύνοις, ὑπό τε τῆς παρεστώτων κακῶν, καὶ προσέτι ἐνδείᾳ τροφῆς πιεζόμενοι. καίπερ δὲ ἐν τούτοις ὄντι τῷ στρατοπέδῳ, περὶ φιλίας ὅμως ἐποιοῦντο λόγους οἱ Πέρσαι, Σεκρωΐαν τε καὶ ἄλλους τῆς ἐν δυναστείᾳ παρ' αὐτοῖς ὄντων, ἐκπέμψαντες. Ἰοβιανὸς δὲ τὴν περὶ τε εἰρήνης προσδεξάμενος λόγους, στείλαντός τε Σαλούστιον τὸν τῆς αὐλῆς ὕπαρχον, καὶ Ἀρινθαῖον σὺν τούτῳ, λόγων περὶ τούτῳ γενομένων αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους, ἐξένευσε μὲν τεσσαρακοντούτειος σπονδάς· [1] συνεδόκει δὲ, Ῥωμαίους τε καὶ Βαβδικηνῶν ἔθνος ἐκχωρῆσαι τοῖς Πέρσαις, ἔτι δὲ Καρδουηνῶν καὶ Ῥεμηνῶν, καὶ Ζαληνῶν τε πρὸς τούτοις, καὶ ὅτι πᾶσι [2] περὶ αὐτὰ φρουρίων, ὅπλων τε ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα, μετὰ τῆς οἰκητόρων, καὶ κτημάτων, καὶ ζώων, καὶ πάσης ἐπισκευῆς· Νίσιβιν δὲ παραδοῦναι δίχα τῆς ἐνοικούντων. ἐδόκει γὰρ τόσον, ὅσον ἂν δόξειε Ῥωμαίοις, μεθοικίσαι. παρεσαφείλοντο δὲ καὶ Ἀρμενίας τὸ πολὺ μέρος οἱ Πέρσαι, βραχύ τι τοῦτο Ῥωμαίοις ἔχειν ἐνδόντες. ὑπὲρ τούτοις αἱ σπονδαὶ γεγονῦαι, καὶ χαλκιατίοις ἑκατέρωθεν

multitudine hominum ab omni parte, qua eundum erat, imminerent: nullo non in periculo Romani versabantur, qui & à malis circumstantibus, & præterea commeatus inopia premerentur. Licet igitur hæc esset exercitus conditio, nihilo tamen minus Persæ de pace tractabant: Surena, & aliis apud eos potestate præditis, ad Romanos ablegatis. Hanc pacis mentionem quum Jovianus admitteret, ac Salustium præfectum prætorii cum Arinthæo misisset: institutis inter hos de paco colloquiis mutuis, annorum quidem triginta factæ sunt induciæ; sed utrimque consensum, ut Romani Babdicenorum gentem Persis cederent, itemque Carduenorum,& Rhemenorum, & Zalenorum; ac præter hæc omnia, quæ in his essent castella, numero quindecim, una cum incolis, & prædiis, & jumentis, & omni adparatu: Nisibim vero sine incolis traderent. Hos enim placuit, quocunque Romanis visum esset, commigrari. Præterea Persæ magnam Armeniæ partem adimebant, perpusillum quiddam in ea Romanis possidendum relinquentes. His conditionibus initum fœdus, & instrumentis utrimque consignatum, facultatem Romanis

1. Petebat, sc. Persarum rex, pro nostrâ redemptione quinque regiones transtigritanas, Arzanenam & Moxoenam & *Zabdicenam*, itemque *Rehimenam* & *Carduenam* cum castellis quindecim, & Nisibin, & Singaram, & castra Maurorum munimentum perquam opportunum. *Marcell.*

2. Præponendus est articulus [τὰ.]

domum

domum redeundi præbuit; ita quidem, ut Perſarum finibus nullum ab illis detrimentum inferretur, nec viciſſim Perſicæ Romanis inſidiæ tenderentur.

Poſteaquam ad hanc hiſtoriæ partem perveni, ad ſuperiora mihi tempora recurrere ſubit, & indagare, num ab ſe parta Romani unquam aliis ut traderent, imperare ſibi potuerint: aut ut haberent alii quidquam eorum, quæ ſemel in ipſorum ditionem veniſſent, paſſi fuerint. Nam quum L. Lucullus regno Tigranem Mithridatemque dejeciſſet, ac primus imperio Romano ſitas ad intimam uſque Armeniam regiones, ipſamque præterea Niſibim adquiſiviſſet, una cum finitimis eidem caſtellis: Pompeius Magnus, rebus ab hoc præclare geſtis finem imponens, per conſtitutam ab ſe pacem Romanis horum poſſeſſionem ſtabilivit. Poſtea vero quam Perſis rurſum commotis, prætorem ſumma cum poteſtate Craſſum Senatus creaſſet, atque is cum hoſte congreſſus, fœdam in hunc uſque diem Romanis infamiam reliquiſſet, in ipſo prœlio captus, & apud Perſas exſtinctus: copiarum dux factus Antonius, & amore Cleopatræ captus, negligenter rebus ad bellum adminiſtrandum

ἐν ὑποσφαγιάσει, δεδώκασι Ρωμαίοις δίευξωείαν τ οἰκαδε ἐπανόδε, κ μηδὲν τὰ Πρσῶν ἀμφοτέρωσιν ὅεια, μήτε αὐτοῖς ὑπὸ Περσικῆς [1] ἐπιβουλομένοις ἐνέδρας.

Εἰς τοῦτο δ ἰσοείας ἀφιγμένῳ τ μέρος, ὅπ τὸς ἀνωτάτω μοι χρόνους ἐπῆλθεν ἀναδραμεῖν, κ ζητῆσαι εἴποτε Ρωμαῖοι φῦ αὐτοῖς τ κληθέντων, ἑτέροις ὑπέσηφ ὧδε δῶναι, ἢ ὅλως ἕτερόν τ ἔχειν φῦ ὑπὸ τὴν ἐπικράτειαν αὐτῆς ἅπαξ γνομένων ἠνέσχοντο. Λουκίου γὰρ Λουκόλλου Τιγράνην καθελόντος κ Μιθριδάτην, πεποιησαμένός τε πρώτος τῇ Ρωμαίων ἀρχῇ τὰ μέχρις Ἀρμενίας δ ἐνδοτάτω, κ Νίσιβιν ὅπ τούτοις, κ τὰ πρόσοικα φρούρια ταύτῃ, Πομπήιος μέλλων τοῖς τότε κατορθώμασι τέλος ἐπιθεὶς, διὰ τῆς ὑπ' αὐτοῦ γνωσθείσης εἰρήνης τ τότε Ρωμαίοις ἐβεβαίωσε κλῆσιν. ἐπεὶ δ Πρσῶν αὖθις κινηθέντων, ἐχειροτόνησεν ἡ γερουσία Κράσσον αὐτοκράτορα κ στρατηγὸν, ὁ δὲ, εἰς χεῖρας ἐλθών, αἰσχρὰν ἄχει τ δὲ Ρωμαίοις κατέλιπε δόξαν, ἁλούς τε ἐν τῇ μάχῃ, κ ὑφ' Πέρσαις [2] ἀνοσιωτάτου τότε φρονήσεως τ στρατηγίας Ἀντωνίου, κ τῇ Κλεοπάτρας ἐχθρωθεὶς ἔρωτι, τοῖς περὶ τ πόλεμον ἐκμελῶς κ ὀλιγώρως περισχε· κ

1. Contra vero Perſæ *pontem jungebant ut poſt firmatam pacem & fœdera ſopitis belli turbinibus incuriosius gradientes agros & animalia peterent, diu defatigata, verum eum ſe proditos adverſiſſent à nefario conatu deſtiterunt.* Marcell. lib. 25.

2. Cujus caput apud *Carras* reciſum, hoſtibus erat ludibrio.

ἀπάλλαξε

ἀπήλαξε μὴ κακῶν ἀναξία περιεγχὼς τοῦ Ῥωμαίων ὀνόματος. Ῥωμαῖοι δὲ, εἰδὲ τούτων αὐτοῖς τῆς ἐλαττώματων συμβαίτων, ἐκπεπλώκασι τόπων τῆς τόπων τινός. μελαγχόλῳ δὲ αὐτοῖς εἰς μοναρχίαν τὸ πολιτεύματος, καὶ τὸ Σεβαστοῦ πάσαν θεία τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, [1] Τίγριν τε καὶ Εὐφράτην, εἰδὲ ὅπω τὰ χώρας ταύτης ἀπέστεγε χρόνοις ὑπὸ πολλοῖς ὕστερον Γορδιανοῦ τοῦ βασιλέως Πέρσαις ἐπιστρατεύσαντος, καὶ ἐν μέσῃ τῇ πολεμίᾳ πεσόντος, [2] εἰδὲ μὴ ταύτην τὸ νίκην οἱ Πέρσαι παρεσκεύσαντό τι τῆς ἤδη Ῥωμαίοις ὑπηκόων χαλεπώτερον, καὶ τὰ Φιλίππου ἀλεξάνδρου τὴν ἀρχὴν, καὶ εἰρήνην αἰσχίστην πρὸς Πέρσας θεμένου. μετ' ὀλίγον δὲ τῇ ἑῴα τὸ Περσικὸν πυρὸς ἐπιβρύσαντος, ἁλώσης δὲ καλλιστάτου τὸ μεγάλης Ἀντιοχείας, καὶ μέχρι τῆς Κιλικείων πυλῶν τὸ Περσικὸν στρατεύματος ἀφικομένου, Οὐαλεριανὸς αὐτοῖς ἐπιστρατεύσας ὁ βασιλεὺς, καὶ ὑπὸ τὰς Περσῶν ἡνιόχους χεῖρας, εἰδὲ ὅπω Πέρσαις ἄδειαν δέδωκεν ὑφ' ἑαυτοῖς τὰ χωρία ταῦτα ποιήσασθαι. μόνη δὲ ἡ Ἰουλιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος τελευτὴ, πρὸς τὴν τούτων ἀπώλειαν ἤρκεσεν, ὥστε ἀ-

pertinentibus, & legniter intentus erat; ita quidem, ut & ille diſceſſerit, admiſſis quibuſdam indignis Romano nomine. Nec tamen Romani, licet eis hi caſus adverſi accidiſſent, ullam ex hiſce provinciis amiſerunt. Re vero publica ipſorum in unius dominatum commutata, quum Auguſtus limites imperio Romano ſtatuiſſet, Tigrim & Euphratem; ne ſic quidem hac regione ceſſerunt. Longo ſecundum hæc interjecto tempore, quum Gordianus Imperator bello Perſas adortus eſſet, ac medio in hoſtico cecidiſſet: ne poſt hanc quidem victoriam Perſæ quidquam eorum, quæ Romanæ ditioni ſubjecta fuiſſent, avulſerunt; idque Philippo ſucceſſionem imperii conſequuto, qui turpiſſimam cum Perſis pacem fecit. Non multo poſt, quum ignis Perſicus orientem invadendo permeaſſet, magna illa capta per vim fuiſſet Antiochia, copiæque Perſicæ Cilicum ad portas uſque penetraſſent: Valerianus Imperator in eos expeditione ſuſcepta, Perſarum in poteſtatem redactus, ne ſic quidem conceſſit Perſis, ut iſtæc loca ſui juris efficeret. Sola mors Imperatoris Juliani ad horum amiſſionem ſuffecit;

1. Hucuſque [Τίγρητα].

2. Super eadem re latius diſſerit Marcell. *Nunquam enim ab urbis ortu inveniri poteſt annalibus replicatis, ut arbitror, terrarum partes ullas ab Imperatore vel Cos. hoſti conceſſas & ne obſeeptas quidem quas direptas ſunt, verum ob ampliſicata regna triumphales glorias fuiſſe delatas.* Vide etiam Eutropium lib. 10.

adeo quidem, ut huc usque nihil horum Imperatores Romani recuperare potuerint, sed paulatim etiam plures gentes amiserint: quarum aliæ semet in libertatem vindicarunt, aliæ Barbaris se dediderunt, aliæ magnam ad solitudinem redactæ sunt.

Et hæc quidem à nobis in historiæ progressu de rebus ipsis ostendentur. Pace cum Persis eo, quo diximus, modo constituta; Jovianus Imperator secure cum exercitu revertens, ac in aspera & in aquosa loca multa delatus, compluribus in hostilis soli transitu militibus amissis, unum ex tribunis Mauricium Nisibi commeatum exercitui adportare jussit, & cum eo quam longissime posset, militibus obviam venire. Misit & alios in Italiam, qui Juliani obitum, & designationem ipsius nuntiarent. Ubi vix magno labore atque ærumna propius Nisibim accessisset, oppidum quidem hosti deditum, ingredi recusabat; sed in quadam ante portam area sub dio diverteris, postridie coronas & supplicationes recipiebat; oppidanis omnibus obsecrantibus, ne se desereret, neve Barbaros mores experiri cogeret eos, qui tot jam seculis Romanis legibus innutriti fuissent. Fœdum & cæteroquin esse, Constanti-

χει τῶδε μηδὲν δυνηθῶσι τῶν τῶν Ῥωμαίων βασιλέως ἀναλαβεῖν, μηδὲ ἢ πρεσβευτὰς πολέσαι χρὴ βραχὺ τὰ πλείονα τῆς ἑῴων, τὰ μὲν αὐτόνομα γεγονότα, τὰ δὲ Βαρβάροις ἐκδεδομένα, τὰ δὲ εἰς ἐρημίαν πολλὴν ἀφιγμένα.

Ταῦτα μὲν οὖν, τῆς συγγραφῆς προϊούσης, ὅπῃ τῆς πράγματος δεχθήσεται. τῆς δὲ πρὸς Πέρσας γενομένης εἰρήνης, ὃν διῆλθομεν τρόπον, Ἰοβιανὸς ὁ βασιλεὺς μετ' ἀσφαλείας ἐπανιὼν ἅμα τῷ στρατοπέδῳ, καὶ πολλαῖς ἀφιπόμενον δυσχωρίαις καὶ τόποις ἀνύδροις, πολλοὺς μὲν τῆς στρατιᾶς ἀπεβάλετο ἐν τῇ διὰ τῶν πολεμίας παρόδῳ, Μαυρίκιον μὲν, τῶν λοχαγῶν ἕνα, ὅρμην ἐκ Νισίβεως ἀγαγεῖν ἐκέλευε τῷ στρατοπέδῳ, ἀπαντῆσαι δὲ μετ' αὐτὸν, ὡς ἂν οἷός τε ἦ, προῤῥωτάτω. καὶ δὲ τὸν Ἰταλίαν, ἄλλους ἐξέπεμπε, τὸν Ἰουλιανοῦ τελευτὴν, καὶ τὸν ἀνάῤῥησιν τὸν οἰκείαν ἀπαγγελοῦντας. μόλις δὲ σὺν πολλῇ κακοπαθείᾳ τῇ Νισίβεως πλησιάσας, ἐπισῆναι μὲν καὶ ἤθελε τῇ πόλει, τοῖς πολεμίοις ἐκδεδομένῃ· καταλύσας δὲ ἔν τινι πρὸ τῆς πύλης ὑπαίθρῳ, τῇ ὑστεραίᾳ στεφάνους ἅμα καὶ ἱκεσίας ἐδέχετο, πάντων ὅσοι καὶ τὴν πόλιν ἦσαν, ἐκλιπαρούντων μὴ προέσθαι σφᾶς, μηδὲ εἰς πεῖραν καθεῖναι Βαρβάρων ἠθῶν, [1] τοσαύτη ἐτῶν ἑκάλουτὰς, τοῖς Ῥωμαίων νόμοις ἐν-

1. Ellipsis est verbi ἴσα, aut leg. ut Sylburg. monet τοσαύτας ἐτῶν ἑκατοντάδας.

αὐχαμ-

τεθραμμένος. αἰσχρὸν ἦν καὶ ἀνώφελες εἶναι, Κωνσταντῖνον μὲν, τοὺς Περσικοὺς πολέμους ἀναδεξάμενον, καὶ ἐν πᾶσιν ἐλαττωθέντα, Νισίβιος ἀνυπαλλήκτῳ, καὶ πολιορκουμένῳ αὐτῷ, καὶ εἰς ἔσχατον ἐλθόντι κινδύνου, διὰ πάσης ἐκείνου σωθῆναι· αὐτὸν δὲ, μηδεμιᾶς τοιαύτης ἀπειλούσης ἀνάγκης, τοῖς πολεμίοις τὴν πόλιν ἐκδοῦναι, καὶ δεῖξαι Ρωμαίοις ἡμέραν, ἣν ὕστερον τεθέανται, ἐκείνην ἀναγκαζομένοις πόλιν τοσαύτην καὶ χώραν πολεμίοις ἐκδιδομένην. ἐπεὶ δὲ τούτων ὁ βασιλεὺς ἀκήκοεν, τὰ συντεθειμένα προέφερε, Σαβῖνός τε βουλευτικοῦ προσώπου καταλόγου, προσιόντι τοῖς ἄλλοις τῶν πλήθους εἰς ἱκεσίαν προσεπιχθείσιν, ὡς ὅτε δαπάνης εἰς τὸν πρὸς Πέρσας δέοιντο μάχης, ὅτε οἰκείας ἐπίσαντο· δυνήσονται δὲ αὐτοὶ σώμασιν οἰκείοις καὶ δαπανήμασι, τὸν ἐπαχθησόμενον αὐτοῖς ὑποκρίσασθαι πόλεμον χρατήσαντές τε, ἔσονται πάλιν ὑπήκοοι Ρωμαίοις, τὰ προσταττόμενα πληροῦντες οὐ τρόπον καὶ πρότερον. τοῦ δὲ εἰπόντος, ἔδει οἵ τε τὴν σωτηθεῖσαν ἀπολαβεῖν, πολλάκις οἱ ὑπὸ τῆ πόλεως ἐλεηθέντες ἱκετεύοντες μὴ στερηθῆναι τὴν Ρωμαίων ἀρχὴν τοῦ προθύμιατος. ἐπὶ δ' ἅπασιν πλέον ἔδει ἀναχωρήσαντος σὺν ὀργῇ τοῦ βασιλέως, καὶ Περσῶν ἀπολαβεῖν καὶ τὰς συνθήκας ἐπελθόντων τὰ τε ἔθνη, καὶ τὰ φρούρια, καὶ τὴν πόλιν, οἱ μὲν τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν φρουρίων οἰκήτορες, εἰ μὴ λάθρα φυγεῖν ἐδυνήθησαν,

um tribus ſuſceptis bellis Perſicis, in omnibus ſuperatum, Niſibi tamen præſidio fuiſſe; atque illam obſeſſam, & extremum in diſcrimen adductam, omni ſtudio incolumem ſervaſſe: ipſum, nulla tali neceſſitate urgente, civitatem hoſti dedere, ac eum diem Romanis conſpiciendum præbere, quem necdum antehac viderint; qui, tantum ut oppidum, tantaque regio, tradatur hoſtibus, permittere cogantur. Quum hæc audiens Imperator, pacta conventa prætexeret; Sabinus, ordinis decurionum princeps, ad ea, quæ à populo ſupplicandi cauſa prolata fuerant; Nec opus eſſe ſibi ſumtu ad bellum Perſicum, adjecit; nec auxiliis externis; ſed ipſoſmet poſſe corporibus ſuis, & impenſis, inferendum ſibi bellum propulſare. Quo in bello ſi victoria potiti fuiſſent, rurſus ſe Romanorum ſubditos futuros, eodemque modo facturos imperata, quo prius. Illo ſubjiciente, pacta conventa violari non poſſe: multoties oppidani ſupplices orabant, ne Romanum imperium hoc propugnaculo ſpoliaretur. Verum ubi nihil proficerent amplius, Imperatore cum iracundia quadam abſcedente, ac Perſis ſecundum pacis leges, & ipſas gentes, & caſtella, & urbem occupare volentibus: nonnullæ quidem gentes & caſtellorum incolæ, niſi clam aufugere potuiſſent, poteſtatem fa-

ciebant Perſis ſecum, quidquid vellent, agendi: Niſibini autem, induciis ad migrandum impetratis, majori ex parte, ac propemodum omnes, Amidam diſceſſere; pauci ad inhabitandum alia ſe contulerunt oppida. Cuncta vero lamentis & ululatibus erant plena; quod civitas quælibet, Niſibi tradita, Perſarum ſe graſſationibus expoſitam putaret. Carreni vero tantum percepere dolorem, morte Juliani nuntiata; ut eum, qui nuntium hunc adtulerat, lapidibus obruerent, ingentemque lapidum acervum ſuper eum excitarent. Tantam unius viri mors publicis in rebus efficere mutationem potuit.

Cæterum Joviano celeriter oppida percurrente, quod ea luctus atque mæror occupaſſent, nec læti jucundive quidquam exhibere, pro iſtorum more populorum, poſſent: quotquot erant ſatellitio Imperatoris deputati milites, Antiochiam cum Imperatore profecti ſunt, univerſo exercitu Juliani cadaver comitante; quod in Ciliciam deportatum, quodam in ſuburbio Tarſi regiæ ſepulturæ mandatum fuit, ad tumulum hujuſmodi epigrammate adſcripto:

Tigride Julianus jacet heic poſt fata relicto,

ἐνέδοσ τοῖς Πέρσαις ποιεῖν εἰς αὐτοὺς ὅ τι βούλοιντο. Νισιβινοὶ δὲ, ἀναχωρήσεως εἰς τὸ μεταστῆναι τυχόντες, οἱ μὲν πολλοὶ καὶ σχεδὸν ἅπαντες, εἰς τὴν Ἀμίδαν ἀπανέστησαν· ὀλίγοι δὲ ἑτέρας κατῴκησαν πόλεις· πάντα δὲ ἦν οἰμωγῆς καὶ θρήνων μεστά· πόλεως ἑκάστης ἐπιπλαζούσης τοῖς Περσῶν ἐφόδοις, Νισίβιος δοκεῖσης αὐτοῖς, οἰομένοις. Καρρηνοῖς δὲ τοσοῦτον ἐγένετο πένθος τῆς Ἰουλιανοῦ τελευτῆς μεμυθευμένης, ὥστε τὸν ἀπαγγείλαντα καταλεῦσαι, σωρόν τε λίθων μέγιστον ἐπ' αὐτῷ ἀνεγεῖραι. τοσοῦτον ἴσχυσεν ἀνδρὸς ἑνὸς τελευτὴ τοῖς κοινοῖς πράγμασιν ἐμποιῆσαι μεταβολήν.

Ἰοβιανοῦ δὲ σπουδῇ τὰς πόλεις διαδραμόντος, οἷα δὴ πένθει καὶ συγχύσει τῆς πόλεως ἐχομένους, καὶ ἱλαρὸν οὐδὲν ἢ χάριεν ἐνδείξασθαι (καθάπερ ἦν ἔθος τοῖς αὐτόθι δήμοις) ὑφισαμένων, παρεγένοντο μὲν τῶν στρατιωτῶν ὅσοι τῆς δορυφορείας εἶχον τάξεως τὴν Ἀντιόχειαν ἅμα τῷ βασιλεῖ· εἵπετο δὲ καὶ ὁ στρατὸς ἅπας τοῦ Ἰουλιανοῦ σώματος, καὶ τοῦτο μὲν εἰς Κιλικίαν ἀπενεχθέν, ἔν τινι Ταρσῶν προαστείῳ βασιλικῇ ταφῇ παρεδόθη, καὶ ἐπίγραμμα προσεγράφετο τῇ τάφῳ τοιόνδε·

Ἰουλιανὸς μὲν Τίγριν ἀλάξας
ἐνθάδε κεῖται,

1. Epigramma, quod in Zonara occurrit, quatuor conſtat verſibus.
Κυδιανὶ ἐκ μεγεθεὶς ἀπ' Εὐφράτεο ῥοάων

Ἀμφὶ-

Ἀμφότερον βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Rex pariter bonus, & bellator acerrimus idem.

Ἐχειμῶ δὲ τὴν ὅλην ἀρχὴν Ἰοβιανὸς, ἅμα τε διεπίστει, καὶ τοῖς ἐν Παιονίᾳ στρατοπέδοις Λουκιλλιανὸν, ὄντα κηδεστὴν αὐτῷ, καὶ Προκόπιον, καὶ Οὐαλεντινιανὸν, ὃς μετὰ ταῦτα γέγονε βασιλεὺς, ἐξαπέστελλε, πρὶν ἢ Ἰουλιανοῦ τελευτὴν ἀπαγγελθῆναι, καὶ ὅπως εἴη μετ' αὐτὸν αὐτοκράτωρ προβεβουλευμένος. ἀλλ' οἱ ἐν τῷ Σιρμίῳ Βαταῖοι, πρὸς φυλακὴν ἀπολελειμμένοι τῆς πόλεως ἅμα τῇ ἀκοῇ, καὶ μὴ Λουκιλλιανὸν, ὡς πολεμίων κακῶν ἄγγελον, διεχρήσαντο, ἐν οὐδενὶ τὸ πρὸς Ἰουλιανὸν συγγενείας αἰδοῖ, ἀμφῆκες ἀθῶον· Οὐαλεντινιανὸς δὲ ἀμφοῖν, καὶ ἐξ ἐκείνων διέφυγε θανάτου. Ἐξορμήσαντι δὲ τῆς Ἀντιοχείας Ἰοβιανῷ, καὶ ἐχομένῳ τῆς ὁδοῦ, νόσος αἰφνιδίως ἐνέκλασε, καὶ Βιθυνίας ἐν Δαδαζάνοις, [1] ἐπὶ-

Jovianus, ſummo intentus imperio, quum alia diſponebat, tum ad exercitus in Pannonia Lucillianum ſocerum ſuum, & Procopium, & Valentinianum, qui ſecundum hæc factus eſt Imperator, ablegavit; ut & Juliani mortem eis nuntiarent, & ſe, poſt illum, principem lectum exponerent. Sed apud Sirmium Batavi, qui ad opidi præſidium relicti fuerant, quum primum hæc audiviſſent: Lucillianum, veluti tantorum malorum nuntium, interfecerunt, adfinitatis imperatoriæ nulla ratione habita: Procopium, cognationis cum Juliano reverentia tacti, dimiſerunt illæſum. Valentinianus autem fuga elapſus, morti ab eis imminenti ſemet eripuit. Quum autem Jovianus Antiochia diſceſſiſſet, Conſtantinopolim pergens; ſubitus eum morbus in

---

Πέρσιδ' ἐκ γαίης ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ
Κινήσας στρατιὴν τόδ' Ἰουλιανὸς λάχε σῆμα·
Αὐθόμενος, &c.

Videamus jam qualis audiat Julianus vel Paganorum ſuffragio, quippe cum Zoſimus nihil omittat, quod Chriſtiano nomini maculam poſſit inurere, nihil reprehendat in Imperatore Ethnico ac Apoſtatâ; quid de illo cæteri ſenſerint exponendum eſt. Apud Marcell. Vir audit *levioris ingenii, lingua fuſioris, ſuperſtitioſus magis quam ſacrorum legitimus obſervator.* Idem porro etſi Julianum juſtitiæ famâ fuiſſe in ſignem prædicet, *illud tamen inhumanum cenſet, quod docere vetuit magiſtros Rhetoricos & Grammaticos Chriſtianos ne tranſirent à numinum cultu.* μὴ δεῖν λόγων μοῦσας αὐτῷ ὀνομάζοντας καὶ ἀφελείας ἀπολαύειν καὶ δι' αὐτῶν ὠφελίζοντας καθ' αὑτῶν. Unde Apollinarius ad Pſalterii Metaphraſin ſe contulit, ſeu ut alii ad veterem Hebræorum hiſtoriam ad regnum Saulis uſque carmine heroico conſcribendam, Gregorius item magnus poeſi operam dedit. *Videſis Zonaram annalium t. 3. cap. de Jul. Sozomenum lib 5. c. 17. Hiſt. Eccl.*

1. Sylb. rectius [πήγαις] de Joviani morte alii alia. Videſis Eutrop. lib. 10. Marcell. lib. 25.

Dada-

Dadaſtanis Bithyniæ corripiens, vitæ finem adtulit: quum octo menſes imperaſſet, nec publicis in rebus quidquam ex uſu conſtituere potuiſſet. Conſultatione propoſita, quiſnam reipublicæ præficiendus eſſet: varii quidem, & de variis ſermones tam ab exercitu, quam à ducibus habebantur: ſed omnium ſuffragia in unum Saluſtium, præfectum prætorii, concurrebant. Illo ſenectutem prætendente, ac propterea rebus laborantibus ſe ſuffecturum negante; filium ſummæ rerum præfici poſtulabant. At quum juvenem eſſe, nec alioquin ad tanti imperii molem ſatis idoneum diceret: in hoc quidem tempore, quo minus præſtantiſſimum ſui ſeculi virum eligerent, aberrarunt. Hinc in Valentinianum collata ſuffragia; qui Cibali oriundus erat, (id oppidum eſt Pannoniæ) vir bellis haud paucis exercitus, at eruditionis omnis expers. Nihilo minus abſentem arceſſebant, nec multi dies abiere, dum reſpublica principe carebat. Quum autem ad exercitum Nicææ, quæ vrbs eſt Bithyniæ, veniſſet; inito ibidem imperio, ceptum iter proſequebatur.

γαμβρὸς τ βίᾳ τὸ τέλος αὐτῷ, μιλῶνος μὲ ὀκλὼ βασιλεύσαντι, ἀμαθεῖναι δέ τι τῆς κοινῶν πραγμάτων ἐς δέον ἀδυνατέντι. Βελῆς δὲ ἦρ τ πέμπειν δέον πρεσβῆναι τ πολιδόματος, πρεσβυτείσης, πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι πολλῶν ἐλέγοντο λόγοι τῷ στρατοπέδῳ, καὶ τοῖς τὰς ἡγεμονίας ἔχουσι. πάντων δ' ἡ ψῆφος, εἰς ἕνα συμπίπτειν· Σαλούστιον τ αὐλῆς ὕπαρχον. τ δ' τὸ γῆρας προϊσχομένου, καὶ διὰ τοῦτο φάσαντος ἂν οἷός τε ἔσεσθαι πεπονημένοις ἀρκέσειν τοῖς πράγμασι, τ παῖδα γοῦν ἧκειν εἰς τιμὴν τῆς ὅλων ἀρχῆς ἐλθεῖν. τοῦτο δ' καὶ νέον εἶναι, καὶ ἀδὲ ἄμφω ὁπηνίκα πρὸς τοσαύτης ἀρχῆς ὄλκον εἰπόντος, τ τε πάντων ἀμείνονος τ καθ' ἑαυτὸν ἀνδρὸς αἱρέσεως τότε διήμαρτον. ἤνεγκαν δ' τιμῇ ψῆφον ὅτι Βαλεντινιανὸν, ὃς ἐκ μὲν Κιβάλης ὥρμητο, (πόλις δ' αὕτη Παιονική) πολέμων δὲ μετασχὼν καὶ ὀλίγων, παιδεύσεως ἀδημίας μετεῖχεν· μεταπέμπονται δ' αὐτὸν ὅμως, ἐν παρόντα. καὶ ἡμερῶν ἐ πολλῶν ἐτρίβετο χρόνος, ἐν ἀναρχίᾳ τ πολιδόματος ὄντος. ἐπεὶ δὲ κατέλαβε τὸ στρατόπεδον ἐν Νικαίᾳ πόλει τ Βιθυνίας, ἐκεῖσε προσελαβὼν τιμὴ βασιλείαν, εἶχετο τ ὅτι τὸ πρόσω πορείας.

---

1. Qui jam ante, defuncto Juliano, ſenectutem cauſatus eſt.

ΖΩΣΙΜΟΥ

Κόμητος καὶ Ἀποφισκοσυνηγόρου

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ

Βιβλίον Τέταρτον.

ZOSIMI

Comitis & Exadvocati Fiſci,

HISTORIÆ NOVÆ

Liber Quartus.

Τὰ μὲν δὴ ἄχρι τοῦ περὶ Ἰοβιανοῦ τελευτῆς, μετ' ὀλίγον Οὐάλεντινιανὸς ἡρέθη τῶν Ῥωμαϊκῶν προεστάναι πραγμάτων, ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἀνειλήφαμεν βίβλῳ. νόσῳ δὲ χρονίᾳ τὴν ὁδὸν ἐνσκηψάσης αὐτῷ, καὶ τοῦ φύσει πρὸς ὀργὴν τὸν ἀνδρὸς ἕτοιμον, εἰς ὠμότητα μείζονα, καὶ διαφορὰν ἄκραν ἀνασπάσης, ὑποψία μὲν αὐτὸν εἰσήει ψευδὴς, ὡς ἐκ πινος γοητείας ὑπὸ τῶν Ἰουλιανοῦ φίλων αὐτῷ [1] σκαιωρηθείσης νοσοίη· κατηγορίαι δὲ κατά τινων ἦσαν ὀφθαλμῶν, ἃς ἀσχινία τε καὶ φρονήσεως ἐλέγχους ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος· ἦν δὲ

QUæ igitur geſta fuerunt ad obitum uſque Joviani, poſt quem Valentinianus lectus fuit, uti rebus Romanis præeſſet; libro ſuperiore complexi ſumus. Quum autem morbus in itinere Valentinianum invaſiſſet, atque hominem ad iram natura proclivem, majorem ad crudelitatem, & extremam inſaniam impuliſſet; ſuſpicionem falſam concipiebat, quaſi ex veneficio quodam, Juliani amicorum fraude parato, ægrotaret. Et accuſationes adverſus quoſdam illuſtres inſtituebantur; quas ſagacitate pruden-

1. Leg. credo σκευωρηθείσης, etiamſi σκαιωρέω ſig. *perperam ago.*

tiaque

tiaque ſua præfectus prætorii diſcutiebat. Eo munere Saluſtius adhuc fungebatur. Quum morbus remiſiſſet, Nicæa relicta, Conſtantinopolim acceſſit. Exercitu, cæteriſque neceſſariis hortantibus, imperii conſortem ſibi deligeret, ut, ſi quis caſus accideret, non deeſſet, qui rebus opem ferret; nec eadem perpeterentur, quæ morte Juliani perpeſſi fuiſſent: huic admonitioni obtemperat; animoque ſecum hinc inde verſato, de cunctis, quos mente conceperat, Valentem fratrem deligit; ratus hunc omnium ſibi fidiſſimum fore. Illum igitur imperii conſortem adpellat. Dum autem uterque Conſtanſtinopoli degeret, qui Juliani familiaribus inſidiabantur, non intermittebant tum coram imperatoribus ſermones ſerere, quaſi principibus illi ſtrucrent inſidias; tum brutam plebem concitare, ut ejuſmodi voces jactaret. Imperatores autem, qui cæteroqui Juliani familiaribus infeſti eſſent, tunc etiam magis ad illos odio perſequendos inſurgunt, ac lites excogitant, nulla ratione ſubnixas. Et graviſſime Valentinianus Maximo philoſopho ſuccenſebat, criminationis cujuſ-

ἐπ Σαλούστ@. Ενδόσης δὲ αὐτῷ τ νόσυ, τ Νικαίας ἀπαιρεθείσης, εἰς τ Κωνσταντινούπολιν παρεγένετο, τ δὲ στρατοπέδυ, κ τ ἄλλως πρὸς αὐτὸν ὀπτηδείως ἐχόντων, ἐλέσθαι κοινωνὸν τ βασιλείας ἐβουλεύοντο, ὅπως, εἴπις τοῖς πράγμασι συμβαίη πεῖσαι, ἔχοιεν τ αὐτιλημψόμυον, κ μὴ ταὐτὰ πάσχοιεν οἷς ὑπὸ τῆς Ιυλιανῦ πεπόνθασι τυχῆς· πείθεται τῇ παραινέσει· κ στρέψας ἐν αὐτῷ γνώμην, ἐκ πάντων ὧν ἔλαβε χειρῶν, [1] Οὐάλεντα τ ἀδελφὸν αἱρεῖται, πρότερον αὐτῷ πάντων ἐμπιστεύσασθαι. τοῦτον γοῦν ἀποδείκνυσι κοινωνὸν τ ἀρχῆς. Αμφοτέρων δὲ κατ τ Κωνσταντινούπολιν ὄντων, οἱ τοῖς Ιυλιανῷ γνωρίμοις ἐπιβουλεύοντες, ἃ διέλειπον πρό τ τ βασιλείων κατασπείροντες λόγους, ὡς ἐπιβουλεύοιεν ὅτοι τοῖς βασιλεῦσι, κ τὸ ἄλογον πλῆθ@ εἰς τοιαύτας ἐρεθίζοντες ἐκβοήσεις. οἱ δὲ βασιλεῖς, κ μᾶλλον πρὸς τοὺς Ιυλιανῦ γνωρίμους ἀπεχθῶς ἔχοντες, τότε δὴ μᾶλλον εἰς τὸ κατ' αὐτῶν ἐξανίσταντο μῖσ@· κ κρίσεις ἐπινόουν, λόγον ὁδαμόθεν ἐχούσας. ἐμπικραίνεται δὲ Οὐαλεντινιανὸς Μαξίμῳ καλῷ ἀγαθῷ τῷ φιλοσόφῳ, ἀφορμήν τινα κατ' νοῦν ἔχων, [2] ἣν

---

1. Qua de re cum primores percunctaretur quemnam oporteret imperii conſortem adſciſci, reſpondit fidentius Dagalaiphus. *Si tuos amas*, Imperator optime *habes fratrem: ſi rempublicam, quære quem veſtigas.*

2. Tribunatu enim exutus eſt Valentinianus à Juliano eo quod ſe Chriſtianum profiteretur.

ἔπυχεν

ἔτυχεν ὅτι τ Ἰουλιανᾶ χρόνων κατ' αὐτᾶ ποιησάμενος, ὡς διὰ τ τῆς Χριστιανῶν θρησκείαν τοὺς θείους δεσμοὺς ἀσεβήσαντος. διὰ τάτων ἀφίλκυσεν αὐτοὺς τέως ἡ περὶ τὰ πολιτικὰ καὶ στρατιωτικὰ κηδεμονία τ καὶ φροντίς.

Ἐξάπαντος τοίνυν ὅτι τὸ διανεῖμαι τὰ ἔθνη τοῖς ἄρχουσι, καὶ τίνας δέοι τ βασιλικῆς αὐλῆς ἐπιστατῆναι τ φυλακήν. οἱ μὲν ἂν ἄλλοι πάντες, ὅσοι δηλαδὴ Ἰουλιανᾶ διοικήσεις ἐθνῶν ἢ ἄλλας ἀρχὰς ἔτυχον ὀπιτεταγμένοι, παρελύοντο τάτων· ἐν οἷς καὶ Σαλούστιος ὁ τ αὐλῆς ὕπαρχος, ἦν μόνου δὲ Λεοντίου καὶ Βίκτωρος, οἷς εἶχον πρότερον στρατιωτικῆς ἀρχαῖς ἐπιμεινάντων ἡγεμονίαις, παρήει ὅτι τὰς ἀρχὰς, ὡς ἔτυχον, οἱ τάτων ἐπιθυμοῦντες τυγχάνειν· ἑνὸς τότε δόξαντος γίνεσθαι καὶ λόγου. εἰ γάρ τις αὐτῶν ὅτι δικαίοις μέμψεσιν ἥλω, δίκην ὑπέσχε συγγνώμης ἀδεμιᾶς ἀξιούμενος.

Τάτων αὐτοῖς ὕτω διαχειμένων, ἐδόκει τῷ Οὐαλεντινιανῷ, διελομένῳ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἀρχὴν, ἐπιτρέπειν μὲν αὐτῷ τὴν ἑῴαν, ἄχρις Αἰγύπτου καὶ Βιθυνίας καὶ Θράκης· λαβόντα δ' τὰς ἐν Ἰλλυριοῖς πόλεις αὐτὸν, εἰς τὴν Ἰταλίαν διαβῆναι, καὶ τὰς ἐν ταύτῃ πόλεις ἔχειν ὑφ' ἑαυτῷ, μετὰ τ ὑπὸ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν, Γαλατίας τε, καὶ τῆς Βεττανικῆς νήσου, καὶ Λιβύης ἁπάσης. Τῆς τοίνυν ἀρχῆς ὕτω διαιρεθείσης, ὁ Οὐαλεντινιανὸς

dam memor, qua Juliani temporibus Valentinianum detulerat; quasi propter religionem Christianam ille sacros in ritus impie deliquisset. Sed ab his eos id temporis civilium militariumque rerum cura revocabat.

Quapropter ad distribuendos prætidibus populos se convertebant, & quibus aulæ imperatoriæ custodia committenda esset. Itaque cæteri omnes, quibuscunque à Juliano gentium administrationes, aliive magistratus crediti fuerant, abdicabantur; quorum in numero præfectus etiam prætorii Salustius erat: solo autem Arintheo & Victore, quæ prius habebant ceu duces imperia militaria retinentibus; ad magistratus reliquos fortuito perveniebant, qui eos adfectabant: quum quidem unum hoc ex rationis præscripto fieri videretur. Nam si quis eorum justis querelis convictus fuisset, nullam impetrans veniam, pœnas luebat.

His ita constitutis, visum est Valentiniano, diviso cum fratre imperio, curæ quidem illius orientem ad Ægyptum usque, Bithyniamque ac Thraciam, permittere: se vero, sortitum Illyricas urbes, in Italiam transire, atque urbes in ea sitas, una cum transalpinis nationibus, & Hispania, & insula Britannia, totaque Africa, juri suo reservare. Diviso in hunc modum imperio, Valentinianus occepta severius gu-

bernatione, magiſtratus recte atque ordine conſtituebat; & in exactionibus tributorum, ac militaribus annonis, quæ inde ſuppeditabantur, rigidiſſimus erat. Et quia legum quoque promulgationes inſtituere decreverat, exorſus ab ipſo lare, quod aiunt, nocturna ſacra fieri prohibuit: qua lege coercere volebat ea, quæ ſcelerate deſignarentur. Sed quum Prætextatus, qui proconſule Græciam adminiſtrabat, vir omni virtute præſtans, hanc legem diceret vitam injucundam & acerbam victu Græcis parituram, ſi futurum eſſet, ut myſteria ſanctiſſima, quæ genus humanum continerent, prohiberentur: peragi ea rite, vi legis ſuæ ceſſante, permiſit; ita tamen, ut omnia ſecundum patritas conſuetudines, quales ab initio fuiſſent, perficerentur.

Tranſrhenani vero Barbari, qui quam diu Julianus ſuperſtes erat, nomen Romanum metuebant, & ſat habebant, ſi nemo quid eis in ſolo ſuo quieſcentibus exhiberet moleſtiæ, morte Juliani nuntiata, ſuis continuo ſedibus egreſſi, ad gerendum contra Romanos bellum ſeſe parabant. Quo Valentinianus animadverſo, copias & pedeſtres, & equeſtres, & armaturæ levis, uti par erat diſponebat; ſitaque ad Rhenum

ἐμβριθέστερον τῇ ἀρχῇ προσελθών, ἄρχοντάς τ' ἐν κόσμῳ προῆγε, καὶ περὶ τὰς εἰς τὸ εἰσφορῶν, καὶ τὰς ἐκ τῶν χορηγουμένας στρατιωτικὰς σιτήσεις, ἀκριβέστατος ἦν. ἐπεὶ δὲ καὶ νόμων εἰσφορὰς ἐγνώκει ποιήσασθαι, ἀφ' ἑστίας ὥσπερ ἀρξάμενος, τὰς [1] νυκτερινὰς ἐκώλυε θυσίας ἐπιτελεῖσθαι· τοῖς μυστικῶς μὲν ἐν περιπλόοις ἐμποδὼν διὰ τοιῶνδε νόμων ψυχὰς βουλόμενος. ἐπεὶ δὲ Πραιτεξτάτος, ὁ τὴν Ἑλλάδος τὸ παλαιὸν ἔχων ἀρχὴν, ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀφικτέπων τὸ ἀρίστου, τοῦτον ἔφη τὸν νόμον ἀβίωτον τοῖς Ἕλλησι καλαιήσειν τὸν βίον, εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπινον γένος ἁγιώτατα μυστήρια καὶ δεσμῶν ἐκτελεῖν, ἐπέτρεψεν, ἀρχοντος τὸν νόμου· πράττεσθαι δὲ πάντα κατὰ τὰ ἐξ ἀρχῆς πάτρια.

Τῶν δὲ ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Βαρβάρων ἕως μὲν Ἰουλιανὸς ἦεν, τὸ Ῥωμαίων ὄνομα δεδιότων, ἀγαπῶντα δὲ εἰ μηδεὶς αὐτοῖς κατὰ χώραν μένουσιν ἐνοχλοίη, τοῦτο τελευτῆς ἀγγελθείσης, ἀπαίσης αὐτίκα τῶν οἰκείων ἑδῶν, καὶ πρὸς τοὺς κατὰ Ῥωμαίων παρεσκευάζοντο πόλεμον. ὑπὲρ αἰδόμενος Οὐαλεντινιανὸς, δέκατον, ὡς προσῆκον ἦν, τὰ στρατόπεδα, πεζά τε, καὶ ἱππικά, καὶ ψιλά· καὶ ἅμα ἐπικειμένων τῷ Ῥήνῳ

1. Iſtiuſmodi tamen conventus meliore inſtituto à Chriſtianis celebratos ſuſtuliſſet Trajanus, niſi perſpectâ Chriſtianorum innocentiâ, Plinius interceſſiſſet.

πόλεων

πόλεων ἐποιεῖτο τὴν δέουσαν φυλακήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, καὶ ἔξω παντὰ πασιν ὧν πολεμικῆς πείρας, Οὐαλεντινιανὸς διεπύθετο. Οὐάλεντα δὲ πολλαὶ παντα χόθεν περιίσαν το παραχαὶ, πρότερον μὲν ἀπροσδόκητα πείσαντα βίον, ἄφνω δὲ βασιλείαν περιλαβόντα, καὶ τὴν περὶ πραγμάτων ὄγκον ἀφέροντα. οὔτε γὰρ Πέρσαι, τῇ διὰ τὴν ὁπὸ Ιοβιανῦ σπονδῶν ἐπαρθέντες πλεονεξίᾳ, καὶ τὰς ἐφόδους ἐπ' ἀδείας ποιήσαντο, Νισίβιος ὑπ' αὐτοῖς γεγενῆσθαι, εἶλκον χρὸς ἑαυτὸς τὴν βασιλέα, τὰς τῆς ἑῴας συνταράττοντες πόλεις. καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐξορμήσαντος, συμβέβηκεν ἡ κατὰ Προκόπιον ἐπανάστασις. τούτῳ γὰρ Ιουλιανὸς ὡς γήμει συναποδημῶν, μέρος τι τῆς δυνάμεως ἐμπιστεύσας, ἐκέλευσεν ἅμα Σεβαστιανῷ διὰ τῆς Ἀδιαβηνῆς χωρῆσαι, ἀπαντῆσαί οἱ δι' ἑτέρας ὁδοῦ κατὰ τὴν πολεμίων ἰόντι, δοὺς αὐτῷ καὶ βασιλικὴν στολὴν ἔχειν, [1] δι' αἰτίαν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἠγνοημένην. ἐπεὶ δὲ ὁ δαίμων εἰς ἕτερόν τι τῶν πραγμάτων ἦγε τύχην, καὶ μετὰ Ιουλιανὸν τελευτὴν Ιοβιανὸς εἰς τὸ βασίλειον ἀναβέβηκε θρόνον, δραμὼν δρόμος ὁ Προκόπιος, [2] τὴν δεδομένην αὐτῷ βασιλικὴν ἐσθῆτα, Ιοβιανῷ παρέδωκεν· ὑφ' ὅτου δὲ ἔλαβεν, ὡμολόγει, καὶ ἐξελι-

oppida neceſſario præſidio muniebat. Atque hæc Valentinianus, rei bellicæ non omnino rudis, in hunc modum ordinabat. Valentem vero multæ perturbationes undique circumſtabant, qui deſidem prius egiſſet vitam, & ſubito conſequutus imperium fuiſſet, nec rerum molem ſuſtineret. Nam & Perſæ, quod potior ipſorum eſſet conditio per indutias ſub Joviano factas, animis elati; ſummaque cum licentia, Niſibi ſuam in poteſtatem redacta, graſſantes, orientis oppida conturbando, Imperatorem ad ſe trahebant: & quum is egreſſus Conſtantinopoli fuiſſet, auctore Procopio ſuſcitata rebellio contigit. Huic enim Julianus, ut ſanguine ſibi juncto, parte copiarum credita, mandarat, ut cum Sebaſtiano per Adiabenen itinere facto, ſibi per aliam viam in hoſtem eunti occurreret: conceſſo eidem, ut amictum imperatorium haberet, ob cauſam cæteris omnibus ignotam. Poſtea vero quam Deus alio rerum fortunam tranſtulerat, ac poſt obitum Juliani Jovianus imperatorium illud ſolium conſcenderat: confeſtim advolavit Procopius, ac datam ſibi veſtem imperatoriam Joviano tradidit, & quamobrem hanc accepiſſet, faſſus eſt: enixe ro-

1. Rationem à Marcellino petas licet: *mandarat* enim *ſi ſubſidia rei Rom. languiſſe ſenſiſſet, Imperatorem ipſe ſe provideret ocyus nuncupari.*

2. Qui tamen ſec. Marc. ne ob rationem prius allatam indemnatus occideretur ſubinde ſe è medio conſpectu diſcrevit.

gans Imperatorem, ut militari se sacramento liberaret, & agriculturæ ac rei familiaris studio incumbentem, in otio vivere permitteret. Quo impetrato, Cæsaream, quæ Cappadociæ urbs est, una cum uxoribus & liberis est profectus: quod istic habitare decrevisset, ubi & prædia magni pretii possidebat. Hic eo commorante, Valentinianus & Valens Imperatores lecti, prius etiam suspectum habentes, confestim mittunt, qui hominem comprehenderent. Ille se his dedere, potestatemque facere perducendi, quo vellet: saltem petere, prius ut cum uxore colloqui, liberosque suos videre sibi permitterent. Quo concesso, epulum eis parat: & obrutos vino conspicatus, cum omnibus suis ad Pontum Euxinum cursu contendit. Inde, navim ingressus, ad Taurianam Cherronesum pergit: ubi commoratus ad aliquod tempus, & animadverso, nullam in incolis esse fidem, veritus ne aliquando adventantibus iis, qui se istic perquirerent, dederetur; onerariam præternavigantem videns, eique se cum suis committens, Constantinopolim noctu pervenit. Quumque divertisset ad quendam, ex consuetudine pristina sibi famipάρὰ τὸν βασιλέα, τ᾽ ἐκ στρατείας αὐτὸν ἀνεῖναι, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ συλλογωρῆσαι βιῶναι, γεωργίᾳ καὶ ὀπωρικείᾳ τῆς οἰκείων ἐκπαρεξόντα. καὶ τούτῳ τυχὼν, ὅπι τὴν Καισάρειαν, ἣ Καππαδοκίας ἐστὶν, ἅμα τ γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἐχώρει, τ παντὶλω οἰκεῖν ἐγνωκὼς, οἷα ἐν αὐτῇ τὰ τίμια κλήματα ἔχων. διατρίβοντος δ᾽ αὐτοῦ κατ᾽ αὐτλω, αἱρεθέντες αὐτοκράτορες Οὐαλεντινιανὸς καὶ Οὐάλης, ἐπειδὴ καὶ πρότερον ὑποπτως πρὸς αὐτὸν ἐχοντες, ἔστελλον ὃς ἀγξοντα τὸν συλληψόμενον· ὁ δ᾽ παρεδίδου τοῖς ἑαυτὸν, καὶ ἄγειν ἐπέτρεπεν ὅποι βούλοιντο, πρότερον τῇ γυναικὶ λαλῆσαι καὶ τὰ τέκνα θεάσασθαι συγχωρήσαντες. ἐπεὶ δ᾽ ἐνδεδώκασιν, ἑστιᾶσιν αὐτοῖς παρασκευάζει· καὶ οἰνωθέντας ἰδὼν, ἅμα τοῖς οἰκείοις ἅπασιν ὅπι τὸν Εὔξεινον ἔδραμε πόντον· ἐκεῖθεν τ νεὼς ὁπλας, ὅπι τὴν Ταυρικὴν διὰ Χερρόνησον. χρόνον δέ τινα διατρίψας αὐτόθι, καὶ τοὺς οἰκήτορας διασκέψας, ὀλιγωρίαν ἐν αὐτοῖς ἔχοντας πίστ, δεδιὼς μή ποτε τοῖς ὀπζητήσασιν ἀφικνουμένοις αὐτὸς ὑποδοθείη, παραπλέοντ᾽ ἰδὼν ὁλκάδα, καὶ ταύτῃ ὑποδὺς ἑαυτὸν καὶ τοὺς οἰκείους, τ᾽ Κωνσταντινούπολιν καταλαμβάνει, νυκτὸς ἔτι οὔσης. καταλύσας δ᾽ παρὰ 3 τινα τ ἐκ παλαιότητος συνηθείας

1. Leg. [γυναικὶ] ut infra.

2. Aliter longe Marcell. qui Procopio refert Chaledone clam agentem aliquoties se Constantinopolin contulisse, ut rumores colligeret, & siqua daretur, rerum novarum captaret occasionem.

3. Stratagium nomine, ex Palatino milite senatorem.

ὄντων

ὄντων αὐτῷ γνωρίμων, καὶ ἀσκεψάμενος τε ὅπως ἔχοι τὰ τῆς πόλεως μὴ ἧττον τῆς βασιλέως ἀποδημίας, ὅπῃ δὴ ποτε πραγμάτων διενοεῖτο, ταύτῃ αἰσχὴν ποιησάμενος τὴν ὁπῃδήσεως.

Ἦν τις εὐνοῦχος, Εὐγένιος ὄνομα, τῆς βασιλικῆς αὐτῆς ἐκβεβλημένος αὐλῆς, ὑμῶς ὃ πρὸς τοὺς κρατοῦντας καὶ ἔχων, τοῦτον οἰκειωσάμενος ὁ Προκόπιος, ἐπειδὴ καὶ κύριον εὗρεν ὄντα πλούτου παμπόλλου, φράζοι τέως τίς εἴη, καὶ ἐπὶ τίνα ἥκοι χειρίαν, καὶ ὅπως δέοι τοῖς πράγμασιν ὁπῃδεῖν. τῷ δὲ κοινωνεῖν ἅπασι τοῖς ἐπιχειρουμένοις ὁμολογήσαντος, καὶ ἔνθα δὴ αὖ δέησις χρήματα χορηγεῖν, παρεσκεύαστο ἐποίησαντο τῆς πρᾶξεως, τὸ ἀμφιδεῖραι χρήμασι τὴν ἐν τῇ πόλει καθιστάμενην φρουράν, [1] ἣν τάγματα στρατιωτῶν δύο ἐπλήρου. δέκας δὲ πρὸς τούτοις ὁπλίσαντες, καὶ σὺν πολλῷ πόνῳ πλήθους καὶ ὀλίγου συναγαγόντες, οἷα πολλῶν ἐν τούτοις ἑαυτοὺς ἐκόντες ἐπιδιδόντων, νυκτὸς ἀωρὶ τὸ πλῆθος ἐπαφέντες τῇ πόλει, συνετάραξαν ἅπαντας· καὶ οἴκοθεν ἕκαστοι παρελθόντες, ἐθεάσαντο Προκόπιον ὥστε ἀπὸ σκηνῆς βασιλέα χειραδέντα. θορύβου δὲ μεγίστου τὴν πόλιν ἅπασαν ἔχοντος, ἀδηλός τις ἦν ἐν ἑαυτῷ τὸ φρονεῖν τὰ δέοντα δυναμένων, διὰ τὸ τῆς ἐπιχειρήσεως ἀπροσδόκητον.

liarem, & ſtatum urbis poſt Imperatoris profectionem conſideraſſet: regnum adfectare cogitat; hoc ejus invaſionis initio facto.

Erat eunuchus quidam, cui nomen Eugenius, ex aula imperatoria non ita pridem ejectus, qui parum bene adfectus erga principes eſſet. Hoc ſibi familiariter conciliato Procopius, quem & magnas opes poſſidere compererat; quinam eſſet, & quamobrem adveniſſet, quove pacto res adgredi oporteret, indicat. Illo pollicito, ſe venturum in ſocietatem omnium, quæ tentarentur; atque etiam pecunias, ubi uſus poſceret, ſuppeditaturum: ab hoc exorſi ſunt principio, ut conſtitutum in urbe præſidium, quod duobus militum numeris conſtabat, pecunia corrumperent. Præter hos ſervis armatis, nec magno labore non exigua multitudine coacta, pluribus ad hujuſmodi ſponte ſua ſemet offerentibus; intempeſta nocte copiis in urbem immiſſis, univerſos perturbarunt: quod quiſque ſuis ex ædibus egreſſi, Procopium, veluti regem ſcenicum, ſubito factum conſpicerent. Quum urbs tota maximo in tumultu verſaretur, nec apud ſe quiſquam illorum eſſet, qui poterant intelligere quid opus eſſet

1. Divitenſium & Tungritanorum, quos præmiorum ſpe ingentium pellexit Procopius. *De Eugenio nulla apud Amm. Marc. mentio.*

facto'

facto, propter conatus hujuſce caſum inexſpectatum: complures adhuc latere ſe Procopius exiſtimans, imperium ſibi ſe conſtabiliturum, modo res eatenus occulta foret, exiſtimabat. Quumque Cæſarium, quem Imperatores præfectum urbis conſtituerant; itemque Nebridium, quem poſt Saluſtium præfectum prætorii fecerant, adprehendiſſet: hos quæcunque ſibi viderentur, ad ſubditos ſcribere coegit. Et ſeorſum cuſtodiebat ſingulos, à communicandis conſiliis eos excludens. His ita deliberatis, ad prætorium ſplendide proceſſit: adſcenſoque tribunali, quod ante prætorium eſt, quum ſpebus omnes, largiſque promiſſis impleſſet: prætorium ingreſſus eſt, cætera procuraturus.

Et quoniam recens Imperatores inter ſe partiti fuerant exercitus, ad milites, qui nullo adhuc ordine, juſſu Imperatorum, hinc inde vagabantur, mittendos quoſdam cenſuit Procopius; qui, quoſcunque poſſent, ad ſe traducerent. Quod ſane perfacile confiebat, pecuniis in eos, eorumque duces diſtributis. Adeoque copiæ non contemnendæ ad eum confluebant: ac palam ad invadendum hoſtem ſe parabat.

προσδόκητον, ἐπὶ τὸς πολλὸς ὁ Προκόπιος λανθάνειν ἐδόκει, βεβαιώσειν ἑαυτῷ τὸ κράτος, εἰ λάθοι τέως, οἰόμενος. καὶ συλλαβὼν Καισάριον, ὃν ἔτυχον οἱ βασιλεῖς πόλεως ὕπαρχον καθεσήσαντες· ἐπὶ τῷ καὶ Νεβρίδιον, ᾧ τὴν αὐλὴν μετὰ Σαλούστιον παρέδωκαν τῇ ἀρχῇ· γράφειν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα τοῖς ὑπηκόοις [1] ἠνάγκαζεν. ἐφύλαττε δὲ ἰδίᾳ ἕκαστον, τὸ μὴ κοινωνῆσαι σκέμματος αὐτοῖς ἀποκλείων. τούτων δὲ αὐτῷ βεβουλευμένων, εἰς τὰ βασίλεια προῆλθε λαμπρός. αὐλισθεὶς δὲ εἰς τὸ πρὸ τῆς αὐλῆς βῆμα, καὶ πληρώσας ἐλπίδων καὶ ἀδρῶν ὑποσχέσεων ἅπαντας, εἰσῆλθε, τῆς λοιπῆς ἐπιμελησόμενος.

Τῶν βασιλέων τοίνυν ἅπερ τὰ στρατόπεδα διῃρημένων, ὡνήσατο δεινὸν Προκόπιος ἐπὶ τοῖς στρατιώταις εἶναι ἀτάκτοις, καὶ κελεῦσαί τινα τῶν βασιλέων, τόπους ἐκ τόπων ἀμείβειν, ἐπιπέμψαι τινὰς, οἳ διώξοντες παίοντας, ὡς αὖ οἱοίτε ὦσιν, ὡς αὐτὸν μεταθῆσαι. καὶ τοῦτο [2] ῥᾳδίως ἠνύετο, χρημάτων αὐτοῖς ἅμα καὶ τοῖς τούτων ἡγεμόσιν ἀφθονίαν δεδωκότων· συνῄει τε πλῆθος καὶ ἀκαταφρόνητον αὐτῷ, καὶ πρὸς ὁπόσ-

1. Unde factum eſt quod Julius comes *quaſi Valentis juſſu ſeria ſuper Barbaricis motibus tractaturus Nebridii literis adhuc clauſi violenter expreſſis acceſſit Conſtantinopolin, ſtrictius tenebatur*: Marcell. lib. 26.

2. Quædam enim militum turmæ blande & liberaliter acceptæ, cum ad expeditionem per Thracias tranſirent, ſub execrationibus diris juravere in verba Procopii.

σιν αὐτὸν παρασκευάζεσθαι. πέμπει μὲν οὖν εἰς τὴν Βιθυνίαν μετὰ δυνάμεως Μαρκελλον, ὅπως συλλήψεται Σερηνιανοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βασιλικῶν ἱππέων, ἐκ παραδοκίας τοὺς διαφθεῖραι. συμφυγόντων δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν Κύζικον, καὶ μὲν πόλιν εἶλε Μαρκελλος, καὶ ναυμαχίᾳ καὶ πεζῇ δυνάμει κρατήσας· Σερηνιανὸν δὲ, ἀμφυγόντα, καὶ εἰς τὴν Λυδίαν ἀναχωρήσαντα, συλλαβὼν, διεχρήσατο. τούτῳ τῷ πρήγματι Προκόπιος ἐπαρθεὶς, δυνάμεις τε κατὰ βραχὺ προσεποιεῖτο· καὶ ἦν ἤδη, κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, ἀξιόμαχος τοῖς βασιλεῦσι. Ρωμαίων τε γὰρ τάγματα καὶ Βαρβάρων αὐτῷ πλῆθος προσεπίδετο, πρὸς τούτῳ δὲ αὐτὸς ἐπεσπάσατο, τῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως συγγενείας τὸ κλέος, καὶ τὸ συνεστρατεῦσθαι καθ' ἅπαντας τοὺς ἀμφισβητοῦντας ἐκείνῳ πολέμους. ἤδη δὲ καὶ ὀπαδῶν τινας ἔστελλε πρὸς τοὺς ἔχοντας τὴν τῶν Ἰσσηδόνων ὁπλιτικήν. ὁ δὲ, μείους ἀκμάζοντας ἔπεμπε συμμάχους αὐτῷ. καὶ ἄλλα δὲ βάρβαρα ἔθνη συνῄει, μεταδέξοντα τῆς ἐπιχειρήσεως. λαβὼν δὲ εἰς ἔννοιαν, ὡς ἐπὶ πρὸς ἄμφω δὴ οἱ τοὺς βασιλέας ἀγωνιστέον, ἄμεινον ἔκρινεν ἑνὶ τῷ πλησιάζοντι ἀμύνασθαι τότε, εἶτα σκέψασθαι τὸ μεταγενέστερον.

ut adſpicientes univerſos iter iſtac faciunt, ipſi prorſus à nemine conſpicerentur, licet hoſtes interdiu tranſirent. Poſteaquam Tribigildus itinere magis plano ad inferiora Pamphyliæ loca cum Barbaris ſuis adequitaſſet, ac noctu ad ſubjecta Selgæ loca perveniſſet: continuis Barbari fundarum ictibus petebantur, excuſſis ejus magnitudinis lapidibus, qui manus implerent, atque etiam majoribus. Quippe de locis ſuperioribus etiam lapidum paulo majorum jactus facilis erat. Quum autem nullum eſſet effugium (nam ex altera viæ parte ſtagnum profundum & paludes erant; ex altera quidam artus adſcenſus, qui tranſitum vix duobus viris præbebat. Et adſcenſum hunc, qui erat orbicularis, ob ſimilitudinem animalis, incolæ cochleam vocant. Hunc vero locum Florentius quidam cum præſidio tenebat, quum tot militiæ ſocios ſecum haberet, quot quidem ad impediendos eos, qui tranſire conarentur, ſufficerent, intercepti locis hiſce Barbari, & copia magnitudineque ſaxorum obruti, majori ex parte peribant. Nam quod in anguſtum cogerentur, decidentes in eos lapides aberrare non poterant, quin aliquos occiderent. Itaque conſilii vehementer inopes, in ſtagnum ſe complures una cum equis demiſerunt; dumque mortem vitant, quæ à taxis immineret, in paludibus exſtincti

ſunt.

ſunt. Tribigildus autem, cum trecentis conſcenſa cochlea, maximaque pecunia corrupto Florentio, cum militibus præſidiariis, tranſitum redimit: eoque modo quum evaſiſſet, reliquos omnes funditus deleri paſſus eſt. Ratus hac ratione Tribigildus eo ſe liberatum periculo, quod Valentinus ipſi creaverat; in alia prioribus non minora præceps actus eſt. Nam. univerſi propemodum oppidorum incolæ, correptis armis obviis, eum cum trecentis illis fugæ ſociis, intra Melanem & Eurymedontem amnes concluſerunt: quorum alter ſupra Sidam labitur, alter Aſpendum interfluit. In arctum coactus, & quid ageret, neſciens; ſuos ad Gainem mittit. Is permoleſte quidem ferens ea, quæ accidiſſent; quod tamen nec dum animi ſui de rebellione ſententiam aperiret, Leonem, ſecundum ab ſe ducem mittit, qui Pamphyliis opem ferret, & cum Valentino Tribigildi copias adoriretur, nec amnes ab eis tranſiri permitteret. Leo quamvis natura vecors, & omni luxuriæ deditus; tamen quod imperatum erat, facit. Gaines autem veritus ne forte dum Tribigildus ab omni parte oppugnatur, qui pares adverſariis copias non haberet, ad internecionem deleretur: Barbaro-

τειακοσίοις ἀναβας ὅπι τ κοχλίαν, κ χρήμασιν ὅπ πλείσοις τὸν Φλωρέντιον κ τὰς συ αὐτῷ φύλακας ὑπηγδων, ὠνεῖται τὴν πάροδον· κ τάτῳ τῇ τρόπῳ ἀφυγών, τὰς λοιπὰς ἅπαντας ἀνειδέν ἀρδίως ἀπολωμένους. τῶτον δ' τ τρόπον οἰηθεὶς ὁ Τριβίγιλδος τ ἐπαχθέντα παρὰ Οὐαλεντίνου κίνδυνον αὐτῷ ἀφηρῆσθαι, [1] τὴν πρότερον κ ἐλάττοσι καθίσαλο κινδυνώδεις ἐπιπελής. ἅπαντες γδ (ὡς εἰπεῖν) οἱ τὴν πόλεων οἰκήτορες, τοῖς βαρβαρικοῖς ἐξοπλισάμενοι, συνέκλῃσ αὐτὸν ἅμα τοῖς συμφυγοῦσι τριακοσίοις, ἐν μέσῳ τῷ Μέλανθ ποταμῷ κ τ Εὐρυμέδοντος· ὧν ὁ μὲ, ἐπέκεινα ἀφαλαίνῃ τ Σίδης· ὁ ὅ, ἀφέξει τῇ Ασπένδῳ. ξενοχωρήσαντ δὲ, κ ἀπορῶν ὅ τι πραξῃ, πρὸς τ Γαῖνλα διεπεισθήλο. ὁ ὅ, δυσχεραίνων ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν, ὅπως δὲ ἦν εἶχε περὶ τὴν ἐπανάστασιν γνώμην ἐμφαίνων, Λέοντα τ ὑποστρατηγοῦντα, βοηθήσοντα τοῖς κτ Παμφυλίαν ἐξέπεμπεν, ὁπλιτικὸν τοῖς ἀμφὶ Τριβίγιλδον ἅμα Οὐαλεντίνῳ, κ ἃ συγχωρήσοντα τὰς ποταμὰς ἀφλαίνειν. ὁ ὅ, αὐθαδ ὢν φύσει κ τυφῇ πάσῃ τ βίον ἐκδεδωκώς, ὅμως ἐποίῃ τὸ κελευόμενον. ὁ ὅ Γαῖνης, δεδιὼς μήποτε παραχόδεν ὁ Τριβίγιλδος πολιορκήμενος, κ ἔχων ἀξιόμαχον δύναμιν, ἀρδίως ἀπόλοιλο, τὴν συνόντων αὐτῷ

[1] Paginâ ſequente legitur τῶν πρώτερον.

Βαρ-

Βαρβάρων λόχους ἄλλους ἔπεμπε τοῖς Ρωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, ὅπως αὐτὰ τε κατὰ βραχὺ διαφθείροιντο, καὶ Τριβιγίλδῳ φυγῆς ἐπιχωρία δοθείη. συνέπιπτον τοίνυν οἱ ἅμα Γαΐνᾳ δεδομένοι Λέοντι πρὸς βοήθειαν Βαρβάροι, Ρωμαίων [1] καὶ πανταχόθεν· καὶ τὴν μὲν χώραν ἐλυμαίνοντο, τοὺς δὲ στρατιώτας ἀνῄρουν· καὶ οὐκ ἀνῆκαν ἅπαντα ὀλοθρεύοντες, ἕως ὅτε τὸν Λέοντι σὺν αὐτῷ τῷ στρατηγῷ καταδαπάνῃ δυνάμει, καὶ πᾶσαν (ὡς εἰπεῖν) τὴν χώραν ἔρημον πεποιήκασιν ὥστε καὶ τὸ τῷ Γαΐνᾳ σπουδαζόμενον εἰς ἔργον ἐκβῆναι. διαφυγὼν γὰρ ἐκ τῆς Παμφυλίας ὁ Τειβιγίλδος, χαλεπωτέρας τῶν προτέρων ἐν Φρυγίᾳ πόλεσιν ἐπέθηκε συμφοράς. ὁ δὲ Γαΐνας, ἐξαίρων εἰς ὕψος τὰ τότε τῷ βασιλεῖ κατορθώματα, τοσοῦτον ἐνέδηκεν αὐτῷ φόβον τῇ γερουσίᾳ καὶ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἅπασιν, ὥστε καὶ τοῖς καθ' Ελλήσποντον αὐτὸν ἐπιλαύσεσθαι τόποις, καὶ ὅσον οὐδέπω πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιήσειν, εἰ μὴ τὰ σπουδαζόμενα τῷ πολεμίῳ τὸν θεὸν τὸν βασιλέως ἀξιωθείη προνοίας.

Ταῦτα δὲ ὁ Γαΐνας ἐμηχανᾶτο, λανθάνειν τε αὐτὸν ἐθέλων ὅπως ἐφρόνει, καὶ διὰ τῆς εἰς Τειβιγίλδον ἀναφερομένων τοῖς αὐτῷ κατὰ νοῦν ἔσειν ἔργον ὀπιθεῖναι βαλόμενος. ἀ-

rum, quos ſecum habebat, cohortes alias ſuper alias in caſtra Romana mittit, ut ea paulatim abſumerentur, & commodum Tribigildus fugiendi ſpatium conſequeretur. Itaque Barbari, quos Leoni Gaines in auxilium miſerat, in quotvis Romanos irruunt, regionem depopulantur, milites interficiunt; nec omnia deſinunt invadere, donec exercitum Leonis cum ipſo duce prorſus abſumſiſſent, totamque propemodum regionem vaſtam & deſertam reddidiſſent. Quo factum ut, quod ſtudioſe Gaines expetebat, reapſe contingeret. Quippe quum è Pamphylia Tribigildus evaſiſſet, graviores, quam antea, calamitates Phrygiæ civitatibus intulit. Gaines autem mirifice principi facinora Tribigildi extollere, tantumque metum illius Senatui pariter & aulicis univerſis injicere; ut etiam venturum ad Helleſpontum diceret, tantumque non ſurſum deorſum acturum omnia, ni princeps hoſtis poſtulata reſpicere dignatus eſſet.

Hæc autem arte Gaines agebat, qui principem ignorare vellet animi ſententiam; & per ea, quæ in Tribigildum conferrentur, animi ſui cogitata perficere cuperet. Non e-

1. Monet Sylb. καὶ à Pal. cod. abeſſe, cujus loco videtur illi rectius particulam τῷ ſubſtituere.

nim

nim tantopere contemtus urebat hominem, quantum Eutropius ad ſummum jam potentiæ faſtigium elatus: adeo quidem, ut etiam inter conſules deſignaretur, & conſulatus adpellationem diutius retineret, & patriciorum denique dignitatem adeptus eſſet. Hæc maxime Gainem ad invadendam rempublicam permoverunt. Quam ad rem quum animo jam paratus eſſet, prius Eutropio mortem moliri ſtatuit. Itaque quum adhuc in Phrygia degeret, mittit ad Imperatorem qui diceret; ſe jam propter inſignem Tribigildi bellicis in rebus ſolertiam animum deſpondiſſe, nec cæteroqui furorem hujus ſuſtineri poſſe, vel Aſiam ab urgentibus eam periculis liberari; niſi poſtulatis ejus adſentiri princeps animum induxiſſet. Poſtulata vero hæc erant: ut malorum omnium maximus auctor Eutropius ſibi dederetur, in quem ipſe ſtatueret, quidquid vellet.

His auditis Arcadius, & arceſſit Eutropium, & abrogata dignitate dimittit. Eutropius ſe curſu Chriſtianorum ad eccleſiam confert, quæ ab illo jus aſyli habebat. Quia vero Gaines inſtabat, Tribigildum aliter de ſuo quidquam remiſſurum impetu negans, niſi de medio tolleretur Eutropius: etiπέπνευε γὰρ αὐτὸν ἐ τὸ παροῶδαι τοσοῦτον, ὅσον Εὐτρόπιος εἰς ἀκρότατον ἦκων ἤδε δυνάμεως, ὥστε καὶ εἰς ὑπάτους ἀναρρηθῆναι, καὶ τῷ χρόνῳ φέρεσθαι τ τότε πρωτοκλείαν, καὶ τιμηθῆναι τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ. ταῦτα μάλιστα τ Γαΐνλιν ἐκίνησεν εἰς τὴν τῶν κοινῶν ἐπανάστασιν. ἀθρασυνόμενος δὲ τῇ γνώμῃ πρὸς τοῦτο, πρότερον Εὐτροπίῳ δανάτου ἔγνω βουλεῦσαι· καὶ κατὰ τὴν Φρυγίαν ἔτι διατρίβων, ἐκπέμπει πρὸς βασιλέα, λέγων ὡς ἀπειρήκοι τῇ θείᾳ τὰ πολέμια Τειβιγίλδου δεινότητι, καὶ μὴ ὡς οἴόντε φέρειν τὴν τότε μανίαν, ἢδὲ τὴν Ασίαν τῶν ὀπισθεμένων αὐτῇ κινδύνων ἐλευθερωθῆναι, πλὴν εἰ μὴ τ αἰτήσεσιν αὐτοῦ [1] βασιλεὺς ἐνδοῦναι πεισθείη. τὰ δὲ τῶν αἰτήσεων ἦν, τὸν τῶν πάντων κακῶν αἴτιώτατον Εὐτρόπιον ἐκδοθῆναί οἱ πρὸς τὸ ποιεῖσθαι εἰς αὐτὸν ὅ τι βέλοιτο.

Ταῦτα ὁ βασιλεὺς Αρκάδιος ἀκηκοὼς, ἅμα τε εἰσκλεῖ τ Εὐτρόπιον, καὶ τ ἀξίας ἀπαλύσας ἀφῆκεν. ὁ δὲ, δρομαῖος ὅτι τ τῶν Χριστιανῶν ἐχώρησεν ἐκκλησίαν, ἔχεται ἐξ ἐκείνης τοῦ ἀσύλου. ἐπεὶ δὲ πολὺς ἦν ὁ Γαΐνης, καὶ μὴ ὥσειν λέγων τ Τριβίγιλδον, εἰ μὴ Εὐτρό-

1. Mallet Sylb. præfigi articulum, licet tamen fateatur ab Apollonio Grammatico id notari, nempe *vocem*. [βασιλεὺς] ſi *de præſenti rege* ſermo inſtituatur, *proprii nominis* naturam induere.

πος ἐκποδὼν ἡμῖν, καὶ ἐξ ἐκείνου τὸ ἐπὶ τοῦ ἀσύλου τῆς ἐκκλησιῶν τεθέντα νόμον, ἐξαρπάσαντες αὐτὸν, εἰς τὴν Κύπρον ἐκπέμπουσιν, ὑπὸ φυλακὴν ἀκριβῆ καθιστάντες. ὀπισθομένου δὲ Γαΐνου, καὶ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν αὐτῷ τὸν Ἀρκάδιον συμπαραινοῦντος, σοφιζόμενοι τὸν ὅρκον οἱ τὰ τοῦ βασιλέως ἀμφιδέντες, ὃν ἔπυχεν Εὐτρόπιος εἰληφὼς ὑπὲρ τοῦ ἐκκλησίας ἐξειλκύσθη, μελετῆσαι μὲν ἐκ τοῦ Κύπρε ποιοῦνται· ὥστε δὲ ὑπομισοῦντες, ὅτε καθ' ὁδὸν Κωνσταντινούπολιν αὐτῷ θανάσιμον μὴ ἐπάγειν, εἰς Χαλκηδόνα πέμψαντες, ἀποσφάττουσιν. Εὐτρόπιῳ μὲν οὖν ἡ τύχη κατ' ἀμφότερα παραλόγως ἐχρήσατο, τοσοῦτον ὕψος ἄρασα τοσοῦτον, ὅσον οὐδεὶς εἰς πώποτε τῆς εὐνύχων ἀνεβιβάσθη, θανάτου τε ἐπαγαγοῦσα διὰ τὸ μῖσος, ὃ πρὸς αὐτὸν οἱ τῆς πολιτείας πολεμοῦντες ἔλεγον ἔχειν.

Ὁ δὲ Γαΐνης, ἤδη πᾶσιν ὢν προδήλως ὡς εἰς νεωτερισμὸν φέρηται, λανθάνειν ὅμως ἐνόμιζε. καὶ Τριβιγίλδα γνώμης κύριος ὤν, οἷα καὶ δυνάμει προέχων καὶ ἀξιώσει, τὸ τούτου πρόσωπον ὑποδυόμενος, σπονδὰς πρὸς τὸν βασιλέα ποιεῖται· καὶ ὅρκους ὑποσχὼν καὶ λαβών, διὰ Φρυγίας αὖθις ἐπὶ καὶ Λυδίας. ἐφέπεται δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Τριβίγιλδος, διὰ τῆς ἄνω Λυδίας ἄγων τοὺς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένους, ὥστε μηδὲ θεάσασθαι τὰς Σάρδεις, ἣ τῆς Λυδίας ἐστὶ μητρόπολις. ἐπεὶ δὲ εἰς Θυάτειρα

am contra legem, qua jus aſyli ſancitum eſt eccleſiis, hominem inde abreptum in Cyprum relegant, accuratæ cuſtodiæ traditum. Urgente vero Gaine, & ad cædem ejus Arcadium impellente: tandem illi, qui res Imperatoris adminiſtrabant, jusjurandum Eutropio præſtitum, quum extraheretur ex eccleſia, per cavillationem eludentes eum è Cypro revocant: quaſique juraſſent, non ſe morte multaturos ipſum, dum Conſtantinopoli eſſet, Chalcedonem miſſum interficiunt. Et Eutropio quidem in utramque partem inſolito fortuna modo quodam eſt uſa. Nam & tantum ad culmen eum evexit, quantum nullus eunuchorum unquam adtigit: & neci dedit, propter odium, quo ſe illum perſequi hoſtes reipubliæ dicerent.

Cæterum Gaines, quem jam manifeſto conſtaret univerſis ad res novas tendere, tamen id clam adhuc eſſe putabat. Quumque ſua in poteſtate Tribigildi animum haberet, quod potentia pariter & auctoritate præſtaret: perſonam ejus gerens, pacem cum principe facit; ac præſtitis ultro citroque ſacramentis, per Phrygiam Lydiamque revertitur. Eum Tribigildus à tergo ſequitur, milites ſuos per Lydiam ſuperiorem ita ducens, ut Sardes ne quidem intueretur, quæ Lydiæ metropolis eſt. Poſteaquam ad ur-

bem Thyatira ſe conjunxiſſent, Tribigildum pœnitebat, Sardes ab ſe non fuiſſe datas excidio, qui urbem, ab omni deſtitutam auxilio, perfacile capere potuiſſet. Itaque cum Gaine reverti ſtatuit, & urbem vi expugnare. Hoc decretum reapſe fuerant exſequuturi, niſi delapſa ingens pluvia terram inundaſſet, fluminaque tantopere auxiſſet, ut tranſiri non poſſent, quo factum, ut hic ipſorum interrumperetur impetus. Diviſo hinc itinere copias ductitant; Gaines in Bithyniam; alter, verſus Helleſpontum: rebus omnibus, quæ ſemet offerrent, Barbarorum comitantium direptioni conceſſis. Poſteaquam ille Chalcedonem pervenerat, hic Lampſaco finitima tenebat; extremo in periculo tum Conſtantinopolis, tum ipſum Romanum imperium verſabatur. Gaines poſtulare, ut ſe princeps ipſe conveniret. Nec enim ſe cum alio quoquam, præter ipſum, colloquuturum. Quum princeps in hoc quoque fuiſſet adſenſus, coitum eſt in quodam ante Chalcedonem loco, ubi Euphemiæ religioſæ martyris ædes exſtructa ſtabat; quæ propter cultum Chriſto præſtitum honore adſicitur. Placuit, Gainem & Tribigildum ex Aſia in Europam tranſvehi, eiſque ad

συνέμιξαν ἀγήλοις, μετέμελε τῷ Τριβιγίλδῳ τὰς Σάρδεις ἀπροσδήτους ἀφέντι· ἑᾴδιον ὂν ἦν πόλιν ἑλεῖν, πάσης ἔρημον βοηθείας. ἀναστρέφειν ἦν ἔγνω σὺν τῷ Γαΐνῃ, καὶ τὴν πόλιν κραταιρατῷ ἑλεῖν· καὶ εἰς ἔργον αὐτοῖς ἡ γνώμη προῆλθεν, εἰ μὴ ὑδρώδης ὄμβρος ἐξαίσιος, καὶ τὴν τῷ ὑγρῷ ὀπιλύσας, καὶ τοὺς ποταμοὺς κλασήσας ἀπόρους, ταύτῃ [1] αὐτῷ ἐνέκοψε τὴν ὁρμήν. διῳδυμοι δὲ τὴν ὁδὸν, ἦγον τὰς δυνάμεις· ὁ μὲν Γαΐνης, ἐπὶ τὴν Βιθυνίαν, ἄτερος δὲ, ἐπὶ τὴν Ἑλλήσποντον, τὰ ἐν ποσὶ πάντα τοῖς ἑπομένοις ὄχλοις βαρβάροις ἐκδόντες εἰς ἁρπαγήν. ὡς δὲ ὁ μὲν τὴν Χαλκηδόνα κατέλαβεν, ὁ δὲ τὰ περὶ τὴν Λάμψακον εἶχε, τὴν μὲν Κωνσταντινούπολιν, καὶ αὐτὴν τὴν Ρωμαίων ἐπικράτειαν, ἐξαίφνης περιῆλθε κίνδυνος. ὁ δὲ Γαΐνης, αὐτὸν ἤτει τὸν βασιλέα πρὸς ἑαυτὸν ἥκειν· ὡς γὰρ ἂν ἑτέρῳ παρὰ τοῦτον τινὶ διαλέξασθαι. καὶ πρὸς τοῦτο δὴ τοῦ βασιλέως ἐνδόντος, ἐγίνετο μὲν ἡ σύνοδος ἔν τινι πρὸ τῆς Χαλκηδόνος τόπῳ, καθ' ὃν [2] ὁσίας Εὐφημίας μάρτυρίον ᾠκοδόμητο, τιμῆς διὰ τὴν περὶ τὸν Χριστὸν θρησκείαν ἀξιωθείσης. ἐδόκει τε τὸν Γαΐναν καὶ Τριβίγιλδον ἀπὸ τῆς Ασίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην

1. Rectius [αὐτοῖς] *de utroque enim ſermo eſt.*

2. Ex Chriſtianorum ſententiâ hæc Zoſimus, neque enim *pii* nomen tam prolixè largiri ſolet cuivis Chriſtiano. Quantum ad *Euphemiam*, videſis apud Evagrium lib. 2. c. 3. templi deſcriptionem, reliquias, miracula, & id genus cætera. Hoc in templo celebratum fuit ſub Marciano concilium Chalcedonenſe.

περαι-

θραιωδῶσι, κομίζομένους ἐκδότους ἐπὶ θανάτῳ τοὺς ἐξέχοντας τοῦ παλατίου ἄνδρας. ἦσαν δὲ οὗτοι Αὐρηλιανὸς, ὁ τὸ ὕπατον ἔχων ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει πρῶτος· καὶ Σατορνῖνος, ἐναριθμηθεὶς ἤδη τοῖς ὑπάτοις· καὶ Ἰωάννης ἐπὶ τούτοις, τὰ ἀπόῤῥητα πάντα τοῦ βασιλέως πεπιστευμένος· ὃν ἔλεγον οἱ πολλοὶ καὶ τοῦ Ἀρκαδίου παιδὸς εἶναι πατέρα.

Ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς καὶ ταύτῃ αὐτοῦ τὴν τυραννικὴν αἴτησιν ἀπεπλήρου. Γαΐνης δὲ, τοὺς ἄνδρας θεασάμενος, καὶ τὸ ξίφος αὐτοῖς ἄχρι ψαύσαι μόνον τοῦ σώματος, ὅπηδεῖς, ἠρκέσθη τούτοις ζημιῶσαι φυγῇ. θραιωδεῖς δὲ ὅπη τὴν Θρᾴκιν, ἀκολουθῆσαί οἱ Τειβιγίλδῳ κελεύσας· ἀπέλιπε τὴν Ἀσίαν, ἀναπνεύσασάν πως, καὶ τῶν θεισαίων ἀπαλλαγεῖσαν κινδύνων. ἐν δὲ τῇ Κωνσταντινουπόλει διῳκίζεων, τοὺς μὲν ὑφ' αὐτῷ τεταγμένους στρατιώτας, σήμασι διαχρῆσθαι διέσπειρεν, ὥστε καὶ αὐτῷ τὴν ἐν τῇ αὐλῇ δορυφόρων γυμνῶσαι τὴν πόλιν· τοῖς δὲ Βαρβάροις ἐδίδου λάθρα συνθήματα, παραγγυῶν, ἐπειδὰν ἴδωσιν ἐξιόντα τῆς πόλεως, ὅπηδεῖν αὐτῷ θᾶττον, καὶ ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν ὕστερα βοηθείας ἐρήμῳ, καὶ τὴν πᾶσαν ὁπλιτείαν αὐτῷ θεῖναι.

Ταῦτα τοῖς ὑφ' αὐτὸν ὁπλίσας πρᾶξαι Βαρβάροις, ἐξῄει τῆς πόλεως, μαλακῶς ἔχειν εἰπὼν αὐτῷ τὸ σῶμα τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ πόνοις, δεῖσθαί τε ἀναπαύσεως· ἧς οὐκ ἂν τύχοι, μὴ παραδοὺς ἑαυτὸν φροντίσιν οὐκ ἐχούσῃ θορτem viros in republica eminentiſſimos dedi. Hi erant, Aurelianus, qui ejus anni conſulatum gerebat; & Saturninus conſularis, & præter hos Joannes, cui princeps omnia ſua arcana crediderat, & quem plerique perhibebant ejus filii, quem Arcadius habebat, patrem eſſe.

Huic quoque poſtulato princeps, licet tyrannico, ſatisfacit. Quumque viros illos Gaines accepiſſet, eiſque gladium admoviſſet; eatenus tamen; ut cutem tantummodo ſtringeret, ſatis habuit, eos exſilio duntaxat pœnas luere. Quum tranſjeciſſet in Thraciam, juſſo ſe ſubſequi Tribigildo; Aſiam reliquit, reſpirantem aliquo modo, periculiſque circumſtantibus liberatam. Conſtantinopoli degens, conſtitutos ſuis ſub ſignis milites, alios alio diſperſit: adeo quidem, ut ipſis etiam prætorianis ſatellitibus urbem nudaret. Barbaros vero clam datis ſignis hortatur, ut ubi milites egreſſos urbe conſpexiſſent; confeſtim eam militum ope deſtitutam, invaderent; & poteſtatem univerſam ſibi traderent.

Hæc mandata de iis, quæ fieri vellet, quum Barbaris ſuis dediſſet, ex urbe proficiſcitur; quod ex belli laboribus ægrum ſibi corpus eſſe diceret, ac requietis indigere: qua frui non poſſet, ni ſe vitæ curis ſolutæ

tradidiſſet. Quapropter relictis in urbe Barbaris, qui militum prætorianorum numerum longe ſuperabant; quoddam in ſuburbanum ſecedit, quadraginta ſtadiis ab urbe remotum: unde urbis invadendæ occaſionem exſpectat, ubi primum hærentes in ea Barbari, ceu convenerat, impetum in illam feciſſent. In hac ſpe Gaines erat: ac, niſi Barbarico fervore impulſus, idoneum tempus anticipaſſet, nihil fuiſſet impedimento, quo minus urbem Barbari ſuam in poteſtatem redegiſſent. Jam vero, quum non exſpectato ſigno, ſuos ad murum adduxiſſet; territi cuſtodes, exclamant. Quumque tumultus in omnibus exſtitiſſet, mulierum ploratus audiri, cum ejulatu promiſcuo, velut urbe jam capta; donec concurſu facto, cuncti ſe contra Barbaros, qui erant in urbe conjunxiſſent. Poſteaquam hos gladiis, lapidibus, & quibuſvis in manus oblatis armis interfeciſſent; in muros curſu redeunt, & una cum præſidiariis tela in militem Gainis emittentes, re quavis obvia, quo minus in urbem irrumperent, avertunt.

In hunc modum urbe periculo liberatâ, intercepti ab urbanis Barbari, numero plures quam ſeptem millia, Chriſti-

ἀξιοῦ, καταλιπὼν ὅμως ἐν τῇ πόλει Βαρβάρους, πολλῷ τῷ μέζῳ τὸ ἀριθμὸν ὑπαιρούσας τὸ ὅπλ φυλακὴν τῆς αὐλῆς τεταγμένων, εἰς τι προάστειον ἀνεχώρει, τεσσαράκοντα σταδίοις τῆς πόλεως διεστὼς, αὐτόθεν προσδεχόμενος ὁπηνίκα δεῖ, τὸ ἐν ταύτῃ Βαρβάρων καὶ τὰ συγκείμενα προέσεσθαι ἐπιθυμῶν. ἀλλ' ἐν ταύτοις ὢν ὁ Γαΐνης τῆς ἐλπίσι· καὶ εἰ μὴ θερμότητι φερόμενος Βαρβαρικῇ, τὸ ἀρμόδιον χρόνον προκατέλαβεν, ὃν ἂν ἐκώλυσεν ὅπλ τοῖς Βαρβάροις ψυχὰς τὴν πόλιν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀναμείνας τὸ σύνθημα, τῷ τείχει προσήλασε, καταπλαγέντες οἱ φύλακες, ἀνεβόησαν. θορύβου δὲ πᾶσιν ἐγγιγνομένου, θρήνου ἐξηκούετο γυναικῶν· οἱμωγὴ δὲ ἦν παμμιγὴς, ὡς ἤδη τὸ πόλεως ἐχομένης· ἕως συνδραμόντες ἅπαντες, καὶ τὸ ἐν τῇ πόλει Βαρβάρων συνέσπασαν· τούτους τε ἀνελόντες ξίφεσί τε καὶ λίθοις, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς χεῖρας ἐλθοῦσιν, ὅπλ τὸ τεῖχος ἀνέδραμον. ἅμα δὲ τοῖς φύλαξι τὰς ἀμφὶ τὸ Γαΐνου ἀκοντίζοντες, παντὶ τῷ προσπίπτοντι τῆς ὅπλ τὴν πόλιν ὁρμῆς ἀνεκαίπ.

Ἀλλὰ τῆς πόλεως ζόπῳ τοιῷδε τὸν κίνδυνον ἀφυγόσης, οἱ Βάρβαροι [1] τῆς ἔνδον ἀπειλημμένοι [2] πλεῖ ἢ ἑπτακισχίλιοι, τὸ τῶ Χριστι-

1. Deſideratur aliqua præpoſitio [ὑπὸ] vel [παρὰ] ut Sylburg. videtur.

2. Idem cenſet legendum [πλείους] quod etiam expreſſit interpres, etiamſi nihil obſtet, *quod videam*, quominus retineri poſſit [πλὴν] eodem quo apud Ariſtophanem ſenſu occurrit in Platone οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐγὼ.

ἐγὼν

ανῶν ἐκκλησίαν, ἣ πλησίον ὂν τῶ βασιλείων, κατέλαβον, [1] ταύτης τὸ ἄσυλον αὐτοῖς ὂν τῇ σωτηρίᾳ ἐπιποιούμενοι· ὃς ὁ βασιλεὺς καὶ ταῦτα ἀμφιβόλως παρεκελεύετο, μηδὲ ἀφεῖσθαι τὸν τόπον αὐτοῖς εἰς ἀποφυγὴν τῆς κατ' αὐτῶν ἐτόλμησε δίκης. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα ἐκέλευεν· ἐδεδίεσαν δὲ ἅπτεσθαι τῶν χειρῶν ἐπαγαγεῖν, καὶ τῶν ἀσύλων αὐτοὺς ἐξελκύσαι, δείσαντες τὸ πρὸς αὐτοσχεδίου ὑπ' αὐτῶν πειραθῆναι. ἐδόκει τοίνυν, τῆς καθημένης τῆς βαπέζης τὸ λεγομένου δυσιαστηρίου στέγην γυμνωθεῖσαν, ἐνδοῦναι τοῖς εἰς τοῦτο τεταγμένοις, καὶ ξύλα πεπυρωμένα κατ' αὐτῶν ἀφεῖναι, καὶ τοῦτο συνεχέστερον ποιοῦσιν, ἅρδην ἅπαντας καταφλέξαι. καὶ τοῦτο γεγενημένον, τοὺς μὲν Βαρβάρους ἀνεῖλεν· ἔδοξε δὲ παρὰ τοῖς σφόδρα χριστιανίζουσι, μέγα μῶσος ἐν μέσῃ πεπολιμῶσθαι τῇ πόλει.

anorum ecclesiam, palatio proximam, occuparunt; asylum hoc saluti suæ tuendæ quærentes. Eos Imperator hoc ipso in loco jubet interfici; quem eis ad evitandam facinorum admissorum justissimam pœnam non satis idoneum esse vellet. Hæc præcipiente principe, nemo tamen eis inferre manum audebat, & ex asylis ipsos extrahere; quod vererentur, ne Barbari defensionem pararent. Quapropter visum est demoliri tectum, quod mensæ sacrarii (sic enim vocant) impositum est: ut, quibus hoc datum esset negotii, ligna in eos accensa dejicerent, idque continuo factitantes, ad internecionem omnes exurerent. Hoc ubi factum fuisset, Barbari quidem interempti sunt; sed visum est iis, qui valde christianissabant, magnum in urbe media piaculum esse commissum.

Γαΐνης μὲν δὴ, τῆς ἔτι μείζονος ἐγχειρήσεως ἀσφαλεῖς, ἤδη φανερῶς καὶ τῆς πολιτείας ἀνεῤῥίπτει πόλεμον· ὅπερ δὲ τοῖς ἐν Θρᾴκῃ χωρίοις, τὰς μὲν πόλεις ἐφρούρει καὶ τείχεσι περιφραγμένας, καὶ τοῦ ἀρχόντων καὶ οἰκητόρων ἔχουσας φυλακήν· ἤδη γὰρ ἐκ τῶν περιλειφθέντων ἐφόδων, οὐκ ἀμελέτητοι πολέμων γεγο-

Gaines, quum ausu longe gravissimo excidisset, aperte jam bellum adversus rempublicam concitat. Et Thraciæ quidem agros adortus, muris oppida munita, magistratuum & incolarum præsidio teneri videbat. Nam ex superiorum temporum incursionibus ad bella condocefacti, totis viribus

1. Codex Pal. [ταύτῃ] *hac pactâ* constructione magis commodâ.

2. Gothorum erat hæc ecclesia quam noster incensam refert, uti & Socrates *lib. 6. Eccl. hist. c. 6.* apud quem videsis quo modo liberata sit Constantinopolis, in extremum jam discrimen adducta, nisi angelorum multitudo, armatorum præ se speciem ferens, tartaris terrorem injecisset nihil tale suspicantibus.

ad

ad prœliandum erumpebant. Itaque Gaines, qui nihil præter gramen extra muros relictum cerneret, quod omnes adhibita cura varios fructus, & jumenta, & omnis generis penum coegissent: Thracia relicta, in Cherronesum contendere statuit, & per Hellesponti angustias in Asiam recurrere. Dum hoc ille molitur, communi suffragio princeps atque senatus bello contra Gainem gerendo Fraiutum ducem deligunt; natione quidem illum Barbarum, sed cætera Græcum, non indole duntaxat & moribus, verumetiam instituto animi, & numinum cultu. Huic ergo multis jam præturis illustri, quique totum orientem, inde à Cilicia usque ad Phœnicen ac Palæstinam, à latronum lue repurgaverat, exercitus tradunt, quibus acceptis, Gaini se Fraiutus opponit, Barbarorum transjectionem in Asiam per Hellespontum impediens. Interea vero, dum Gaines ad prœlium se parat; Fraiutus ferre non potuit, ut otiosi milites essent; sed continuis eos exercitiis instruxit. Adeo denique jam milites exercitationibus confirmaverat, ut ignavia desidiaque superiorum temporum deposita, permoleste ferrent, Gainem bello gerendo cunctari.

γότες, παντὶ δένει πρὸς τὸ πολεμεῖν ὥρμηλο. ὁ γὰ Γαΐνης, ὡδὲν ἕτερον ἔξω τειχῶν ὠφελελειμμένον θεώμενος, πλὴν πόαν, (ἐμέλησε γὰρ ἅπασι συλλομίσαι καρπόν τε παντοίων, καὶ ζῶα καὶ παντοίαν ἀποσκευὴν) ἔγνω τὴν Θρᾴκην ἀπολιπὼν, διαμεῖν ὅπη τὴν Χερρόνησον, καὶ εἰς τὴν Ασίαν παλινδρομῆσαι διὰ τῶν τῶν Ελλησπόντου στενῶν. ὄντος δὲ ἐν τούτοις αὐτῶν, κοινῇ ψήφῳ βασιλεύς τε καὶ ἡ γερουσία στρατηγὸν ὅπλων τῷ κατὰ Γαΐνου αἱροῦνται πολέμῳ τὸν Φραΐστον, ἄνδρα Βάρβαρον μὲν τὸ γένος, Ελληνα δὲ ἀνῶς ἀπὸ τρόπων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προαιρέσει καὶ τῇ περὶ τὰ θεῖα θρησκείᾳ. τοῦτον τοίνυν, ἤδη πολλαῖς ἀφορμαῖς στρατηγίαις, καὶ τὴν ἑῴαν ἅπασαν, ἀπὸ Κιλικίας ἄχρι Φοινίκης καὶ Παλαιστίνης, τῶν ἀπὸ τῆς λῃστῶν λύμης ἐλευθερώσαντα, ἔδοξε δεδώκασι τὰς δυνάμεις. ὁ δὲ, ταύτας λαβὼν, αὐτικα διίστα τῷ Γαΐνῃ, τὴν διὰ τῶν Ελλησπόντου κωλύων τὴν Βαρβάρων ἐπὶ τὴν Ασίαν διάβασιν. παρασκευαζομένου δὲ Γαΐνου πρὸς μάχην, ἀργόντων καὶ ἡνιόχων τὴν στρατιωτῶν ὁ Φραΐστος, διὰ μελέτης συνεχέσιν ἐξήσκει, καὶ ὅπη τοσοῦτον τοῖς γυμνασίοις ἐπέρρωσεν, ὥστε αὐτὶ τῆς πρὸ τούτου ῥᾳθυμίας τε καὶ ἀμελείας, ἐφ' οἷς ὁ Γαΐνης μέλλειν ἐδόκει πρὸς τὸν πόλεμον, δυσχεραίνειν.

---

1. Apud Socratem audit Φραΐστος, Γότθος μὲν αὐτὸς τὸ γένει, μεγάλη δὲ εὐνοίᾳ τῇ πρὸς τοὺς Ρωμαίους χρησάμενος. *sæpius citato.*

Φραΐστ-

Φραΐτος μὲν ἦν κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐν τούτοις ὢν, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τό τε στρατόπεδον τὸ οἰκεῖον ἐπισκοπῶν, καὶ τὰς τῶν ἐναντίων ἀποσκοπὰς ἐξ ἐπιβολῆς ποιούμενος. ἐπεμελεῖτο δὲ καὶ τῆς ναυτικῆς. πλοῖα γὰρ ἦν αὐτῷ πρὸς ναυμαχίαν ἀρκοῦντα. Λίβυρνα ταῦτα καλεῖται, ἀπό τινος πόλεως ἐν Ἰταλίᾳ κειμένης ὀνομασθέντα, καθ' ἣν ἐξ ἀρχῆς τούτων τῶν πλοίων τὸ εἶδος ἐναυπηγήθη. δοκοῦσι δέ πως τὰ πλοῖα ταῦτα ταχυναυτεῖν πεντηκοντόρων ἔχ ἧττον, καὶ πολὺ τῶν τριηρικῶν ἐλαττώματα, πλείοσιν ἔτεσι τῆς τούτων ἐκλιπούσης δημιουργίας· εἰ μὴ Πολύβιος ὁ συγγραφεὺς ἐκπέφευγέ πως ἔδοξε τῶν ἑξηρικῶν πλοίων τὰ μέτρα, οἷς φαίνονται πολλάκις [1] κεχρῆσθαι Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι πολεμήσαντες πρὸς ἀλλήλους. ὁ δὲ Γάϊνης, βιασάμενος διὰ τοῦ μακροῦ τείχους ὅτε τινὰ Χερρόνησον εἴσοδον, ἐξέταινε τὸν βαρβαρικὸν, ἅτε πᾶσι τοῖς Θρᾳκίοις ὄφρᾶν, τινὰ αὐτοπαρατείνοντ τοῖς ἀπὸ Πάριος, μέχρι Λαμψάκου καὶ Ἀβύδου, καὶ τῶν ποιούντων τινὰ στενὰ θαλάσσαν τόπων. Ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίων στρατηγὸς, τὰ ναυσὶ περιπλεῖ τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν χωρία, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν τὰ ἐγχειρήματα τῶν βαρβάρων ἀποσκοπῶν. ὁ δὲ Γάϊνης, ἀποικίαν τῶν ἐπιτηδείων ἀπὸ τῆς πεζῆς

His rebus in Aſia Fraiutus intentus erat, quum interdiu noctuque tum ſua perluſtraret caſtra, tum ſpeculando conatus hoſtiles exploraret. Claſſem quoque non negligebat. Quippe navium habebat eum numerum, qui committendo navali prœlio ſufficeret. Eas Liburnas vocant, ab oppido quodam in Italia ſito ſic nominatas; quo in oppido naves ad eam formam initio fabricatæ fuerunt. Videntur autem hæ naves non minus eſſe veloces, quam illæ ſint, quæ quinquaginta remis aguntur, ſed multum à triremibus ſuperari; ac longo jam tempore confici deſierunt. Quamquam ſcriptor hiſtoriæ Polybius hexericarum quoque navium rationes expoſuit; quibus ſæpe Romani & Carthaginienſes, quum inter ſe bella gererent, uſi fuiſſe videntur. Cæterum Gaines, vi per longum murum in Cherroneſum patefacto aditu, Barbaros propter univerſum Thaciæ litus illud eminentius conſtituit, quod ex adverſo ſemet extendit & objicit incipientibus à Pario locis, ad Lampſacum, & Abydum, & ad illa uſque loca, quæ mare iſtuc anguſtum efficiunt. Dux militum Romanorum, navibus hæc Aſiatica loca circumvectus, interdiu noctuque Barbarorum conatus ſpeculatur. Gaines autem, pro-

1. Monet Sylb. abeſſe hanc vocem à M. S. libris, loco tamen movendam non cenſeo cum in impreſſis habeatur, eamque imprimis retinendam ſuadeat loci ſenſus.

pter

pter inopiam commeatus, moram longiorem moleſte ferens, tignis è ſilva in Cherroneſo cæſis, & inter ſe peraccurate compactis, ac redditis ad homines & equos vehendos idoneis; milites una cum equis impoſuit, & fluxu ſecundo ferri permiſit. Nam neque remis dirigi poterant, nec alio quo modo gubernatorum artem admittebant; quod arte nulla, ſed Barbarica tantum ſolertia, opere tumultuario facta fuiſſent. Interim Gaines in littore ſubſiſtens, omnino ſe nunc victoria potiturum ſperabat; quaſi nullo modo pares ſuis hoc prœlio Romani ſe præſtituri eſſent. Hoc ſagax ille dux Romanorum non ignorabat; ſed conjectura de conatu ipſius facta, jubet, ut naves à terra paulum proveherentur. Quum autem Barbarorum rates agi videret, quo fluctus eas impelleret; ipſe primus occurrentem in prima ſerie ratem invadit. Quumque navim aheneo roſtro munitam haberet, rebus omnibus ſuperior irruit; ſimulque ratem adverſam propellens, & telis emiſſis vectores petens, una cum ipſis eam viris demergit. Intuiti vero ducem cæterarum navium vectores, & factum ejus imitati, telis adverſos con-

δυσαναχετῆς, ἐκ τ χῆ Χερρόνησον ὕλης ξύλα τεμών, κὴ ταῦτα συλλολλήσας μήλοις πρὸς πᾶς ἀκεί-βειαν, ὁπτηδειά τε πρὸς ὑποδοχὴν ἀνδρῶν τε κὴ ἵππων ἀποτελέσας, ἐνεβίβασε τούτοις μ῀ τῆς ἵππων τὸς ἄνδρας, κὴ ἀφῆκε φέρεσθαι χῆ ῥοῆ· ὅτε γὸ κώπαις ἰθύνεσθαι οἷά τε ἦν, ὅτε μήτως κυβερνητῆς ἀνέχεσθαι τέχνης, σὺ ὑδεμιᾷ τέχνῃ, Βαρβαρικῇ δὲ ὀπυοίᾳ χειρωθέντα. μείνας δὲ αὐτὸς ὀλὶ τ χέρσε, κοινωνήσειν ὅσον ὐδέπω τ νίκης ἤλπισεν, ὡς ὐδαμῶ τ Ρωμαίων αὐτοῖς ἀξιομάχων φανησομένων. τοῦτο ὠ ἔλαθε τὸν τὸ στρατηγὸ τῆς Ρωμαίων ἀγχίνοιαν· ἀλλὰ τὸ ἐγχειρούμενον τεκμηράμενος, βραχὺ τῆς γῆς ποιεῖ προχωρεῖν τὰς ναῦς. ὡς δὲ εἶδε τὰς τῆς Βαρβάρων χελώνας πρὸς τὸ τῷ ῥεύματι δοκῶν φερομένας, αὐτὸς πρότερον ἐπεφέρετο τῷ χῆ προφθάσαι τάξιν ἀπαλήπτῳ ξύλῳ. πλοῖον δὲ χαλκέμβολον ἔχων, ὑπερδεξιῶν ἐπίεσε κὴ ὠδῶν ἅμα, κὴ βυθῶν ἀφέσει τὸς ἐμπλέοντας βαλὼν, αὐτανδρον καθαδύσει. θεασάμενοι δὲ τ στρατηγὸν οἱ τῆς ἄλλων νεῶν ὀπιδάται, κὴ μιμησάμενοι, τὰς μὲ [1] κατεκέντησε, τὰς δὲ, τῆς ξύλων [2] ἐκπεσόντων, εἰ-

1. Rectius fortaſſe leg. [κατεκέντισαν.]

2. Magis congrue [ἐκπεσόντας] ut ad vectores ipſos referatur, neque enim veriſimile eſt excidiſſe ligna, quæ noſter compacta fuiſſe refert πρὸς πᾶσαν ἀκρίβειαν, *ut ſupra.*

χῆ

χεῖν ἡ θάλασσα, μηδενὸς (ὡς εἰπεῖν) ἀλεφυγεῖν τὸ θανάσιμον δυνηθέντος. ὅτι τούτῳ βαρυνόμενος ὁ Γαΐνης τῷ ἐλαττώματι, καὶ ὑπερῶν ὅτι τοσούτων συμμάχων ἀποβαλὼν, ὀλίγον ἀναχωρήσας τῆς ἐν Χερρονήσῳ τόπων, ὅτι τὸ ἔξω Θράκης ἀπέτρεχε. Φραΐυτος δὲ, διώκειν τέως καὶ ἔγνω φεύγοντα τὸν Γαΐνην, ἀλλὰ χώραν τὴν δυναμιν ἀνήμβανεν, τῷ δεδομένῳ αὐτῷ καὶ τύχης ἀρκούμενος παυσάμενος. πάντων δὲ (ὡς εἰπεῖν) αἰτίας ὑπαιρόντων Φραΐύτῳ, ὅτι διῶξαι φεύγοντα Γαΐνην καὶ ἠθέλησε, φερομένῳ δὲ ὡς ὁμοφύλων αὐτῷ τὸν Γαΐνη καὶ τῆς ἅμα τούτῳ ἀλεφυγόντων, ἑαυτὸν συνεπισάμενος, ἐπανῆλθε πρὸς τὸν βασιλέα, μέγα φρονῶν ὅτι τῇ νίκῃ, καὶ μὴ παρρησίας τοῖς παρ' αὐτοῦ τιμωμένοις τούτων ἀναπεδείς. ἔδει γὰρ ἠκούσθη, καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέως ἀκούοντος, ὁμολογεῖν, ὅπ σέβοιτο καὶ τιμῴη θεὸς κατὰ πάτρια, καὶ καὶ ἀνέξεται καὶ τοῦτο τοῖς ἀπὸ τῶν πλήθους ἀκολουθῆσαι. Φραΐυτον μὲν οὖν ἀποδεξάμενος ὁ βασιλεὺς, ὕπατον εἰς κατέστησε. Γαΐνης δὲ, τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως μέρος ἀποβαλὼν, ἢ πρὸ εἴρηται, μὴ τῆς λειπομένων ὅτι τὸν Ἴστρον ἀπέτρεχε. πεπορθημένῃ [a] ὑπὸ τῶν Θράκης ἐκ τῆς προγεγενημένων ἐφόδων δῃῶν, τὰ δὲ ἐν ποσὶ λαΐζόμενος. δεδιὼς δὲ

fecere; quum, ſi qui de ratibus excidiſſent, à mari abriperentur, ac nemo propemodum mortem effugere poſſet. Gaines, hoc tam gravi adflictus detrimento, totque militiæ ſociis amiſſis, ad inopiam conſilii redactus; motis è Cherroneſo nonnihil caſtris, ad ſitam extra Cherroneſum Thraciam procurrit. Fraiutus in hoc tempore fugientem Gainem minime perſequendum ſtatuit; ſed illo ipſo in loco ſuas ad ſe copias recipit: ea victoria contentus, quam fortuna dediſſet. Quum nemo non Fraiutum accuſaret, quod fugientem Gainem noluiſſet perſequi; ſed tam ipſi Gaini, quam Barbaris fuga cum eo elapſis, velut ex eadem natione ſecum ortis, peperciſſet: rei nullius ejuſmodi ſibi conſcius, ad principem revertitur; magnos animos ob partam victoriam gerens, eamque libere diis illis acceptam referens, quos coleret. Nec enim pudebat eum, ipſo quoque principe audiente, fateri, ſe ritu patrio deos venerari & colere: minimeque ſuo poſſe animo imperare, ut hac in parte vulgi opinionem ſectaretur. Imperator exceptum Fraiutum, conſulem deſignat. Gaines vero, magna copiarum amiſſa parte, ceu dictum eſt, cum reliquis ad Iſtrum curſu properat: & quia vaſtatam ſuperioribus irruptionibus Thraciam reperiſſet,

[a] Sylb. [μὴ] ut ſtructura melius cohæreat.

quidquid obvium eſſet, diripit. Veritus autem, ne forte ſequutus alius quiſpiam Romanus exercitus, Barbaros ſuos, qui pauci erant, adoriretur; ſimulque ſuſpectos, qui eum comitabantur, Romanos habens: illos quidem, conſilium ejuſmodi non proſpicientes, univerſos occidit; cum Barbaris vero transjecit Iſtrum, ad ſua reverti, atque ibi deinceps vivere cogitans.

Dum hæc Gaines agit, Ulides Hunnorum eo tempore princeps, non tutum arbitratus eſſe, homini Barbaro, ſuas habenti copias permittere, trans Iſtrum ut domicilium haberet; prætereaque ratus, Imperatori ſe Romano rem gratam facturum, ſi hunc expelleret: ad pugnam cum eo committendam ſe parat, & coactis copiis, aciem adverſus hoſtem inſtruit. Itidem Gaines, qui nec ad Romanos amplius reverti, nec alia via, quem minaretur Ulides impetum, effugere poſſet; ſuis armatis in Hunnos tendit. Quum manus non ſemel, ſed multoties conſeruiſſent exercitus; ſtrenue Gainis miles aliquot prœliis reſtitit: tandem, compluribus cæſis, etiam Gaines ipſe, fortiter & animoſe pugnans, interfectus eſt.

μήποτε στρατόπεδον ἕτερον Ρωμαϊκὸν ἐπακολουθῇ, ὑπίδοιτο τοῖς σὺν αὐτῷ βαρβάροις, ἃ πολλοῖς ἦσιν, καὶ ἔξω τε ὑποψίας ἔχων τοὺς ἑπομένους αὐτῷ Ρωμαίους, ἐκείνους μὲν, ἃ προεισδομένους τὸ βέλτιστον, πέμπειν ἀπέκλεινεν· ἅμα δὲ τοῖς βαρβάροις, ἐφαιδρύνθη τὸν Ἴστρον, εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπανήκειν ἀφανόμενος, αὐτόθι δὲ τὸν λοιπὸν βιοτεύειν.

Ἀλλ' ὁ μὲν Γαΐνης, ἐν τούτοις ἦν· Οὔλδης δὲ, ὁ τῶν Οὐννῶν ἔχων κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἡγεμονίαν, καὶ ἀσφαλὲς ἡγησάμενος ἔξειν, βαρβάρῳ στρατόπεδον οἰκεῖον ἔχοντι, συγχωρῆσαι χώραν τοῦ Ἴστρου τῷ οἰκήσειν ἔχειν, ἅμα δὲ καὶ τῷ Ρωμαίων οἰόμενος βασιλεῖ χαρίζεσθαι, τοῦτον ἀποδιώκων, εἰς μάχην αὐτῷ καθίστασθαι παρεσκεύαζε· καὶ συναγαγὼν τὴν δύναμιν, ἀντετάττετο. καὶ Γαΐνης δὲ, ἔτε πρὸς Ρωμαίους ἐπανήκειν ἔτι δυνάμενος, ἔτε ἄλλως τῷ ἀπειλουμένῳ ἔφοδον ἀφυγεῖν, ὁπλίσας τοὺς σὺν αὐτῷ, τοῖς Οὔννοις ἀπλώτα. συμπλακέντων δὲ τῶν στρατοπέδων ἐκ ἅπαξ, οὐδὲ καὶ πολλάκις σὺν ἥλοις, ἀντέσχε μὲν εἴς τινας μάχας ὁ Γαΐνης μέρος· ἐπεισθὲν δὲ πολλοὶ τε ἐξ αὐτῶν ἔπεσον, αὐτὸς τε ἀνῃρέθη καὶ αὐτὸς [1] Γαΐνης, καρτερῶς καὶ γενναίως ἀγωνισάμενος.

1. Ita vero Socrates. Γαϊνᾶς δὲ ἀναζεύξας καὶ διὰ τῆς Θρᾴκης φυγῇ χρώμενος ἐπεπίστει ἐτέρᾳ δυνάμει Ρωμαίων καὶ ἀναιρεῖται ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ βαρβάροις.

Τῦ πολέμε τῇ Γαΐνε τελευτῇ πέρας λαβόντ@, Οὔλδης, ὁ τῆς Οὔννων ἡγέμων@, τιὼ τότε κεφαλιὼ Αρκαδίῳ τῷ βασιλεῖ πέμψας, δωρεῶν ἠξιῶτο· κ) ἐπὶ τούτοις σπονδὰς πρὸς Ρωμαίους ἐπάγετο. Τῶν δὲ πραγμάτων σὺν ἐλευθερίᾳ λόγῳ φερομένων, οἷα τῦ βασιλέως φρονήσεως ἐστερημένε, τὰ ἐν τῇ Θρᾴκῃ συνεταράττετο. φυγάδες γὸ οἰκέται, κ) [1] δήμως τὰς τάξεις ἀπολιπόντες, Οὔννους ἑαυτὺς εἰπόντες εἶ), τὰ ἐν τοῖς ναπαίδροις διήρπαζον· ἕως ὁ Φραΐυτ@ ὁπλισατεύσας, κ) ὅσοις δήμοις ἐνέτυχεν αὐθρώπων, ἔξω φόβε πεποίηκε τοὺς [2] οἰκήτορας. . . . . λίαν ἔγνωκε ἀσφαλῶναι, δεδιότες μή ποτε κακῶς ἀσχετδεῖεν. τότῳ παρεπεσόντες, ἀπέδοσ@ τῆς νεὼς ἐν τοῖς περὶ τιὼ Ηπειρον τόποις· κ) περὶ τ' σφῶν βυλευόμενοι σωτηρίας, (ἐποίει γὸ αὐτοῖς ταύτιν ὁπόφυγὴ τὸ τ' πλημμελήμα@ χαρίσηον) χαμὲν δεδώκασι τοῖς παρ' αὐτῆς φυλαττομένοις φυγῆς. ἕτεροι δέ φασιν, ὡς χρημάτων αὐτοῖς τιὼ ἄφεσιν ἐφιλοτιμήσαντο. οἱ δὲ, ὅπως ποτὲ δι-

Bello Gainis morte finito, Uldes Hunnorum princeps, capite ipsius ad Arcadium missо, muneribus cultus est; & secundum hæc fœdus cum Romanis iniit. Quum autem res temere fluctuarent, Imperatore prudentia destituto, Thracia rursum perturbatur. Quippe fugitiva mancipia, cum aliis, qui ordines suos deseruerant, quum se Hunnos esse perhiberent, quidquid in agris erat sub dio, diripiunt: donec Fraiutus, expeditione suscepta, tum his, tum aliis, quoscunque nactus esset, interfectis; eorum locorum colonos extra metum posuit. . . . . veriti ne male tractarentur. Posteaquam in hoc incidissent, in Epiri locis è navi sunt egressi. Dumque de salute sua deliberant, quam nimia delicti magnitudo reddebat dubiam; fugæ spacium concesserunt iis quos custodiebant. Alii data pecunia dimissos fuisse narrant. Illi vero, quocunque tandem modo evasere, Constantinopolim præter

1. Sylb. [ἄλλως δι] vel [ἄλλοι] uti & paulo supra [πολλοὶ πὶς] pro [πολλοί τε]

2. Hiatum hunc frustra quis supleverit, nisi conjecturis indulgeat. Sensus itaque, qualis ex antedictis elici potest, hic est. Postulavit dudum Gaines tradi sibi in supplicium Aurelianum, Saturninum, & Ioannem τὺς ἐξέχοντας τ πολιτεύματ@ ἄνδρας, ut supra nost. Quos, ut par est conjicere, custodiæ mandavit Gaines pro arbitrio plectendos. Fraiutus vero cum Gainis jam occisi reliquias persequeretur, custodes ultro sibi commissis fugæ spatium concesserunt, id veriti ne male illis futurum esset si in Fraiuti manus inciderint. Hinc autumat Sylburgius [λιαν] finale esse fragmentum nominis [Θεσσαλίας] vel [Παιονίας] in quam decrevit Fraiutus trajicere ut comprehensos perduelles justo afficeret supplicio.

omnem ſpem reverſi; principi, ſenatui, reliquis omnibus ſe conſpiciendos exhibuerunt.

Hinc auctum fuit odium Auguſtæ contra Joannem Chriſtianorum epiſcopum; quæ prius etiam illi ſuccenſeret, quod eam publicis in congreſſibus, quoties ad plebem diſſereret, perſtringere conſueſſet. In hoc quidem tempore, poſt Joannis aliorumque reditum, palam inteſto in eum animo eſſe cœpit. Quumque cuncta ex animi libidine gereret, omnium locorum epiſcopos ad dejiciendum loco ſuo Joannem concitat: inter quos primus & ſummus erat, Alexandrinæ urbis in Ægypto antiſtes Theophilus, qui primus ſacra, patrioſque ritus æternos, oppugnare cœpit. Diſceptatione propoſita, quum videret Joannes, haud æquo judicio cauſam ſuam tractari: Conſtantinopoli ſponte ſua diſceſſit. Ob eam rem perturbata plebe, (quando vir hic imperitæ plebis animos admirabili quadam arte ſibi ſubjicere poterat) plena tumultus urbs ἔφυγον, ὅτι τῷ Κωνσταντινουπόλιν ἐπαγθόντες παρὰ πᾶς ἐλπίδα, τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ γερουσίᾳ καὶ πᾶσι τοῖς δήμοις ἐφάνησ.

Ἐντεῦθεν ἐξάπτει τῇ [1] συμπλόκῃ τῷ βασιλεῖ τὸ κατὰ Ἰωάννου τῆς Χρισταυῶν ἐπισκόπου μῖσος, χαλεπωτέρως πρότερον μὲν αὐτὸ, κωμῳδεῖν εἰωθότι καὶ τὰς συνόδους αὐτῷ ἐν αἷς πρὸς τὸ πλῆθος ὁμιλίας· τότε δὲ, μετὰ τῷ Ἰωάννου καὶ τῶν δήμων ἐπάνοδον, εἰς ὃ κατ' αὐτῆς δυσμένειαν ἐμφανῶς ἐξανέκη. πρήξασα δὲ πάντα καθ' ἐξουσίαν, ἐκίνει τὸν παλαιχθέντα ἐπισκόπους πρὸς τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν· ὧν ἦν πρῶτος καὶ κορυφαῖος, ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας τὴν ἐν Αἰγύπτῳ [2] Θεόφιλος, ὁ πρῶτος ἀρξάμενος τὸν κατὰ τῆς ἱερῶν καὶ τῆς ἐξ αἰῶνος πατρίου θρησκείας. προτρεπόμενος δὲ καὶ εἰσιὼν, ὁρῶν ὁ Ἰωάννης καὶ ἐξίστησι αὐτῷ τὰ πρόγραμματα προκαινοῦντα ψήφου, τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἐκὼν ἀνεχώρει. τῆς δὲ πλήθους ὅτι τούτῳ συνταραχθέντος, (ἦν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἄλογον ὄχλον ἀπατᾶν δεινὸς) θορύβου μὲν ἦν πλήρης ἡ πόλις, ἀπείληπτο δὲ ἡ τῆς

---

1. Eudoxia enim, quæ apud Zonaram audit Γυναῖον ἐπιμὲν καὶ χρημάτων ἀπλάμενον, ἀφ' ὧν τὰς περὶ εὐσεβείας διδασκαλίας ἑαυτῇ πάντα προπαρεσκεύασε (ἥλιγχε γὰρ ἡ συνείδησις αὐτῷ τοιαύτῳ ὄντι) ἐμηνίσε καὶ τὰς ὀργὰς ἐξέκαυσε. Unde exilio multatur D. Chryſoſtomus, donec populo ſubinde tumultus excitante ab Arcadio revocatur. Poſtea vero cum eâdem animi præſentiâ illa perſtrinxiſſet crimina quorum ſibi conſcia erat Eudoxia, Cucaſum relegatur.

2. Qui ideo inimico erat erga D. Chryſoſtomum animo quod Iſidorum ſuæ ipſius eccleſiæ Preſbyterum ad epiſcopatum Conſtantinopolitanum evehere non poſſiſſet. *Vti videre eſt apud Socratem lib. 6. Eccl. hiſt. c. 2.*

Χεσ-

Χριστιανῶν ἐκκλησία ὑπὸ τῶν λεγομένων μοναχῶν. ἔτοι δὲ γάμοις τοῖς κατὰ νόμον ἀπαγορεύουσι, συνήμαλα δὲ πολυάνθρωπα κατὰ πόλεις καὶ κώμας πληροῦσιν ἀνθρώπων ἀγάμων, καὶ ὅτε πρὸς πόλεμον, ὅτε πρὸς ἄλλο τινὰ χρείαν 1 ἀναλκείαν τῇ πολιτείᾳ· πλὴν ὅπ προβάντες ὁδῷ, μέχρι τοῦ νῦν ἐξ ἐκείνου, τὸ πολὺ μέρος τῆς γῆς ὠκειώσαντο, προφάσει τοῦ μεταδιδόναι πάντων πτωχοῖς, 2 πάντων (ὡς εἰπεῖν) πτωχὸς καλασήσαντες. 3 ἔτοι δὲ, τὰς ἐκκλησίας ὑπολαβόντες, ἐκώλυον τὰ πλήθη τοῦ συνήθους ἐν εὐχαῖς προσεύναι. πρὸς ὃ δυσχεραίνοντες δημόσιοί τε ὁμοῦ καὶ στρατιῶται, πλὴν τῶν μοναχῶν ἦσαν ἀνακόψαι θρασύτητα. δοθέντος δὲ αὐτοῖς ὅπ τοῦτο συνθήματος, ἐχώρουν ἀνέδην, καὶ σὺν ἀδείᾳ κείσει πάντας ἀπέσφαττον, ἕως τοῦ μὴ ἐκκλησίαν ἐπλήρωσε νεκρῶν, τοὺς δὲ ὑποφεύγοντας διώξαντες, κατεκέντησε ἅπαντας, ὅσοι φανεῖς ἔτυχον ἐδῶσιν

erat; jamque adeo fuerat intercepta Chriſtianorum ab iis eccleſia, qui Monachi vocantur. Hi legitimis nuptiis abſtinent, & tam in urbibus, quam vicis, populoſa collegia complent hominibus non maritatis, nec ad bellum, nec alium reipublicæ neceſſarium uſum idoneis. Niſi quod via quadam progreſſi, ab eo tempore, in hunc uſque diem, magnam agrorum partem ad ſe tranſtulerunt; & ſub prætextu, quaſi cum pauperibus omnia communicent, omnes prope dixerim ad inopiam redegerunt. Hi quum eccleſias occupaſſent, quo minus plebs ad conſuetas preces accederet, prohibent. Quod ægre ferentes tam plebeii, quam milites, ut monachorum audacia retunderetur, petunt. Dato eis ad hoc ſigno, plena cum licentia prodeunt, & nullo judicio cunctos jugulant: donec cadaveribus eccleſiam impleſſent, & fuga dilapſos perſequuti confixiſſent omnes, quicunque pullis

1. Scrib. [ἀναγαίων.]

2. Sylb. πάντες, vel [πάντες πάντων πτωχὸς,] ſc. [ἐνδεῖς.]

3. Orta eſt procurante Theophilo inter *longos Monachos* acris diſſentio, qui ita dicti ſunt, *ut id obſter moneam*, ob hanc rationem. Τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἀσκητηρίων στρατηγήσαντων τέσσαρες ἄνδρες εὐλαβεῖς, Διόσκορος, Ἀμμωνιος καὶ Εὐσέβιος καὶ Εὐθύμιος ἦσαν αὐτάδελφοι μὲν ἦσαν, οἱ μοναχοὶ δὲ ἐκ τῆς αὐτοῦ ὠνομάζοντο. *Socr. lib. 6. c. 7.* Partium ſtudia fovebat Theophilus, iiſque ſe adjunxit Monachis qui dicti ſunt *Anthropomorphiani, eò quod humanam deo formam aſcriberent*: cæteris, *inter quos erat Dioſcorus*, renitentibus, appellatiſque *Origeniſtis* ab *Origine*, acerrimo iſtius ſententiæ ante ducentos annos impugnatore. Dioſcorus hic una cum Iſidoro Conſtantinopolim accedunt, inſidias Arcadio & Joanni pariter à Theoph. intentatas aperiunt, quos ideò à Joanne benigne acceptos perſequendos decrevit Theophilus. Inde itaque tum populi, tum mutua in ſe Monachorum odia. *Sed de his cauſulas Socr. lib. 6.*

ἡμφι-

induti veſtibus erant. Quos inter, perire plures contigit, qui vel luctus cauſa, vel ob alium quendam caſum, in hujuſmodi veſtitu reperti fuiſſent.

Cæterum Joannes jam reverſus, eadem tentabat, conſimiles in urbe tumultus excitans Quum autem calumniatorum natio magis, quam antehac unquam excreviſſet, & eunuchos palatinos perpetuo ſtiparet; ſi quis opulentus vita deceſſiſſet, ejus facultates nuntiabat; quaſi nulli liberi vel cognati exſtarent. Hinc reſcripta principis adferebantur, quibus Titii patrimonium Sempronio dari jubebatur. Simul hæreditates illis cedebant, qui oblatis principi precibus eas obtinuerant: adſtantibus interim liberis, & parentes cum gemitu implorantibus. Ad ſummam, nihil agebatur, quod oppida lamentis non impleret, & cuivis municipi detrimentum nefarium non inferret. Nam quum princeps extreme ſtolidus eſſet, conjux ejus ſupra ſexum adrogans, & undique tam eunuchorum, quam familiarium ſibi muliercularum, quæ maxime huic imperabant, inſatiabili avaritiæ expoſita, vitam omnibus acerbam victu reddebat: adeo quidem, ut modeſtis hominibus morte nihil eſſet optabilius.

Et quaſi ſi hæc non ſufficerent, Conſtantinopoli periculum, quovis graviſſimo majus, ex hujuſmodi quadam cauſa creatum fuit. Joannes, uti di-

ἀμφιεσμένοι. οἷς συναπολέσθαι συνέβη πολλοὺς, ἢ διὰ πένθος, ἢ διά τινα ἑτέραν συμπτωσιν ἐν ἱματίοις εὑρεθέντας τοιούτοις.

Ἰωάννης δὲ, αὖθις ἐπανῆλθεν, τὴν αὐτὴν ἐπειρᾶτο, τοὺς ὁμοίους ἀνακινῶν ἐν τῇ πόλει θορύβους. τὸ δὲ τῆς συκοφαντίας, ὡς ἄπω πρότερον ὀλιγωλόφῳ, καὶ τοὺς ἀεὶ τῷ αὐλῷ εὐνέχους ἀεὶ προσέπον, εἴπου τις τῶν πλουσίων ἀπέθανεν, ὡς καὶ ὄντων παίδων ἢ συγγενῶν, ἐμιώνον τὰς οὐσίας· καὶ τὰ βασιλέως ἐφέρετο γράμματα, τοῦδε δὲ οὐσίαν τῷδε παραδοθῆναι κελεύοντα· καὶ παρεδίδοντο τοῖς ἠτυχοῦσιν οἱ κλῆροι, παίδων ἐσώντων, καὶ τοὺς πατέρας μετ' οἰμωγῆς ἀναβοωμένων. καὶ ἁπλῶς οὐδὲν ἦν ὃ μὴ θρηνῶν ἐπλήρου τὰς πόλεις, παντὶ τῷ οἰκητόρων ἄλογον ζημίαν ἐπάγον. τῇ γὰρ βασιλείᾳ ἐχάτως ἀνοηταίνοντι, ἢ τούτῳ συνοικοῦσα, ὑφ' ἃ τῆς φύσεως αὐθαδιζομένη, πανταχόθεν τε ἀνούχων ἁπλησία καὶ τῶν περὶ αὐτὴν γυναικῶν, αἷς μάλιστα ταύτης ἐκράτουν, ἐκδεδομένη, πᾶσιν ἀβίωτον κατέστη τὸν βίον· ὥστε θανάτου τοῖς μέτρια φρονοῦσιν οὐδὲν ἦν αἱρετώτερον.

Ὡς καὶ ἀρκέντων δὲ τούτων, ἐπιλοίχθη τῇ Κωνσταντινουπόλει πάσης ὀλεθρολεῖς ἐπέκεινα κίνδυνος, ἔκ τινος τοιαύτης αἰτίας. Ἰωάννης, ἧ-

ὃν

τῶν εἰρηταί μοι, μὴ τῷ φυγῷ ἐπαυξηθὼν, καὶ τοῖς συνήθεσιν ἱεροῖς σοβῶν κατὰ τῆς βασιλίδος τὸ πλῆθος, ἐπειδὴ καὶ τὸν θρόνον τῆς ὁπισκοπῆς ἐώρα καὶ τῆς πόλεως ἑαυτὸν ἐξωθέμενον, αὐτὸς μὲν ἀπέλιπε τὴν πόλιν, νεὼς ὁπλίτας· οἱ δὲ τότῳ σπεδάζοντες, μηδένα μὴ τῶν ὁπισκόπων ἡμέρᾳ τῇ πόλει παραμαλδόμενοι, πυρὶ τὴν πόλιν ἔγνωσαν ἀπολέσαι. λάθρα τοίνυν φλόγα τῇ ἐκκλησίᾳ νυκτὸς ἐμβαλόντες, καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἔξω κατασήσαντες ἑαυτοὺς, καὶ τότῳ λαδόντες οἵπερ πολὲ εἶεν, ἡμέρας γενομένης ἐφάτως ἤδη τὴν πόλιν ἅπασιν ἔδειξαν κινδυνεύουσαν. [1] ἦτε γὰρ ἐκκλησία κατεφλέγετο πᾶσα, συνεδαπαιᾶτο δὲ ταύτῃ καὶ τὰ ἐχόμενα τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ μάλιστα ὅσοις τὸ πῦρ ἐπῆγεν ἡ τῶν γνομένων πνεύματος καταιγίς. ἐνέπεσε γὰρ τὸ πῦρ καὶ εἰς τὸν εἰωθότα δέχεσθαι τὴν γερουσίαν οἶκον, πρὸ τῶν βασιλείων ὄντα, εἰς πᾶν κάλλος καὶ φιλοτιμίαν ἐξησκημένον. ἀγάλμασι γὰρ κεκοσμῶπτο τεχνιτῶν, τὸ ἀξιοπρεπὲς ἐξ αὐτῆς τῆς θέας παρεχομένοις, καὶ μαρμάρων χροιαῖς, αἳ κατὰ τοὺς νῦν δὲ μεταλλεύονται χρόνους. φασὶ γὰρ ὡς καὶ τὰ δείκηλα τὰ ἐν τῷ Ελικῶνι τῆς ἀρχαίως καθιδρυθέντα ὑπὸ Μέσων, μέρος καὶ αὐτὰ τῶν κατὰ πάντων ἱδρυσιάς ἐν τοῖς Κωνσταντίνου γενόμενα χρόνοις, ἀνατεθέντα τότῳ τῷ τό-

ximus, poſt exſilium reverſus, & conſuetis ſacris plebem adverſus Auguſtam commovens, quum & epiſcopatus ſolio, & urbe ſe videret expelli; navi conſcenſa, ab urbe diſceſſit. At quotquot hujus ſtudioſi erant, dum hoc agunt, ut poſt eum nullus in urbe deſignaretur epiſcopus, urbem igne perdendam ſtatuunt. Clam igitur eccleſiæ flamma per noctem injecta, circaque diluculum extra eam progreſſi, quum hoc ipſo, quinam eſſent, ignoraretur: orto die, cunctis urbem, extremo verſantem periculo, ſpectandam exhibent. Nam & eccleſia tota conflagrabat, & ædificia contigua cum ea ſimul abſumebantur: præſertim quibus oborti venti procella flammam inferebat. Irruit ignis & illam in domum, in qua ſenatus haberi ſolebat. Ea domus ante palatium ſita erat, ad omnem elegantiam & magnificentiam elaborata. Nam ſimulacris artificum exornata erat, ipſo adſpectu majeſtatem præferentibus: & coloribus marmorum, quæ hiſce temporibus non eruuntur. Ac perhibent eas etiam imagines, quæ in Helicone Muſis olim collocatæ, Conſtantini temporibus in res omnes perpetrati ſacri-

1. De hujus urbis incendio nulla eſt apud Eccl. hiſt. ſcript. mentio, niſi quod *Gothorum Eccleſiam* ſupra incenſam memoravimus. aliud verò longe acerbiſſimum accidit Leone imperante, quod ad hæc tempora nullatenus poteſt referri.

legii

legii vim expertæ cum cæteris fuerant, huic loco dedicatas, igni tum periiſſe, quo caſu ſane quam perſpicue portendebatur à Muſis alienatio, quæ omnes eſſet occupatura.

Par eſt autem, miraculum quoddam, quod id temporis accidit, minime ſilentio præteriri. Templum iſtud Senatus, cujus hæc cauſa commemoro, ſimulacra Jovis & Minervæ ante fores habebat, in lapideis quibuſdam baſibus ſtantia, qua quidem forma nunc etiam conſpiciuntur. Aiunt autem, Jovis alterum Dodonæi ſimulacrum eſſe, alterum, quod Lindi quondam conſecratum fuerit. Igitur ubi templum univerſum ab igne fuiſſet abſumtum, ſimul & impoſitum tecto plumbum liquefactum in hæc ſimulacra deſtillabat, & in eadem ædificii quoque lapides ferebantur, ſi qui naturæ ignis reſiſtere non potuiſſent: quum autem univerſa iſtæc ædificii venuſtas abiiſſet in rudera, vulgi quidem opinio erat, hæc etiam ſimulacra in pulverem eſſe redacta. Sed repurgato, paratoque ad inſtaurationem loco, ſola deorum iſtorum ſimulacra conſpecta ſunt, quæ univerſum hunc interitum evaſiſſent. Quod quidem effecit, ut omnes paulo politiores de urbe ſpes animis meliores conciperent, quaſi ſcilicet hi dii

πω, τῇ διὰ τὸ πυρὸς ὑπήχθη διαφθορᾷ, σαφέστερόν πως τῷ καθέξουσαν ἅπαντας ἀμουσίαν μαντύονται.

Θαῦμά ὅ τινος τῶν ἱερῶν τοῦτο ἠμοιμένον, ἄξιον ἐ παραδραμεῖν σιωπῇ. τοῦτο τῆς γερουσίας τὸ τέμενος, ὅπερ ἕνεκα ταῦτα διέξειμι, Διὸς καὶ Ἀθηνᾶς ἀγάλματα πρὸ τῆς θυρῶν εἶχεν, ὅπου πίνων βάσεων λιθίνων ἑστῶτα, καθ' ὃ καὶ νῦν ὄζιν αὐτὰ δεδόσθαι σχῆμα. φασὶ δή, τὸ μὲν τοῦ Διὸς εἶναι τῆς Δωδωναίας· τὸ δ', τὸ ἐν Λίνδῳ πάλαι καθιδρυμένον. τοῦ πυρὸς τοίνυν ὑπενεμπεσόντος ἅπαν τὸ τέμενος, ὃ μὲν ὑπερκείμενος τῷ τέγει μόλιβδος, ἔῤῥει τηκόμενος καὶ τῆς ἀγαλμάτων· ἐφέροντο δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς οἰκοδομίας λίθοι καὶ τέκτων, αὐτέχειν τῇ τοῦ πυρὸς φύσει μὴ δυνηθέντες. εἰς χώμα δὲ σχῆμα τοῦ παλαιὸς κάλλους μεταβληθέντος, ἡ μὲν κοινὴ δόξα, καὶ ταῦτα εἰς πάζε κόνιν καὶ αὐτὰ ἠφέσθαι καθαιρόμενος δὲ ὁ τόπος, καὶ πρὸς ἀνέωσιν γενόμενος εὐσχεπής, ἔδειξε τὰ θεῶν τούτων ἀγάλματα μόνα, κρείττονα τῆς παντελοῦς ἐκείνης γεγονότα φθορᾶς. ὅπερ ἅπασι τοῖς χαριεστέροις ἀμείνους ὅπη τῇ πόλει δέδωκεν ἔχειν ἐλπίδας, ὡς δὴ τῶν θεῶν τούτων

---

1. Τῇ Sylb.

ἔχειν

ἔχεσθαι τῶν ὑπ' αὐτῆς ἀεὶ βουλομένων πραγοίας.

tem ipſe cum ſuis omnibus utramque Venetiam, & Noricos, & Dalmatiam incoleret. Hæc Jovius Alaricho præſente perſcripta mittit ad Imperatorem, datis ad eundem ſeorſum quoque literis; quibus eum cohortabatur, Alarichum utriuſque militiæ magiſtrum conſtitueret; ut hoc modo delenitus, de conditionum aſperitate nonnihil remitteret, ac tolerabilibus moderatiſque legibus pacem faceret. Imperator, his acceptis literis, Jovii temeritatem damnat; & viciſſim miſſis ad eum literis ſignificat; auri quidem & annonæ modum ut ipſe ſtatueret, æquum eſſe; qui & præfectus eſſet prætorii, & publicorum tributorum copiam facultatemque perſpectam haberet: at dignitatem aut ducis officium, nunquam ſe vel Alaricho, vel ejus gentilibus conceſſurum.

Hanc epiſtolam quum Jovius accepiſſet, non ſeorſum apertam, ſed audiente Alaricho legit. Is cætera quidem moderate tulit; verum ubi negatum ſibi, gentique ſuæ, militiæ magiſterium vidit; mox ira percitus, Romam contendere Barbaros ſuos juſſit, quaſi confeſtim factam ſibi totique genti ſuæ injuriam ulturus. Jovius autem ob inexſpectatas hal-

1. Vide Sozomen. *lib. 9. c. 7.*

ce literas Imperatoris, ad inopiam consilii redactus, Ravennam rediit. Quumque se omni culpa liberare vellet, Honorium sacramentis obstrinxit, quibus sancte polliceretur, nunquam pacem cum Alaricho facturum, sed bellum perpetuo gesturum. Simul & ipse principis tacto capite, jusjurandum præstat; & à cæteris, quotquot erant cum potestate, consimile quiddam exigit.

His actis, Imperator, qui Alaricho bellum facturus esset, decem millia Hunnorum in societatem arcessit: &, quod eis adventantibus annonas paratas esse vellet, frumentum, & pecora, & boves è Dalmatia adduci jussit. Misit & quosdam exploraturos, quonam modo Romam Alaricus iter suum instituerat. Copias quoque suas ex omnibus locis evocat. Alarichus autem, quod eum susceptæ adversus Romam expeditionis pœnituisset; episcopos urbium ablegat, qui simul & legatione fungerentur, & auctores Honorio essent, ne culpa sua sineret eam urbem, quæ jam à pluribus quam mille annis, magnæ parti orbis terrarum imperasset, Barbaris vastandam dedi; nec tantas ædificiorum moles hostili flamma deleri: sed potius moderatis admodum conditionibus pacem componeret. Nec enim opus esse sibi dignitate potestatis, nec jam se postulatas prius provincias, ad constituendas in eis sedes, petere; sed ambos tan-

ρηθεὶς ὅτι τῷ παραλόγῳ τῶν τοῦ βασιλέως γραμμάτων, εἰς τὴν Ῥάβενναν ἐπανῆλθε. βουλόμενος δὲ τὸ μέμψεως αὐτὸν ἀπολῦσαι, καὶ ἔλαβεν ὅρκοις ὀνώμενον, ἢ μηδὲ εἰρήνην μήποτ' ἔσεσθαι πρὸς Ἀλάριχον, ἀλλ' ἄχρι παντὸς πολεμήσειν. ὧμνυ δὲ καὶ αὐτὸς ὅρκον, τῆς βασιλείας ἁψάμενος κεφαλῆς, καὶ τοὺς θεοὺς, οἵ τὰς ἀρχὰς εἶχον, ταὐτὸν ποιῆσαι ὠδιακελεύσας.

Τούτων πραχθέντων, ὁ βασιλεὺς, ὡς δὴ πολεμήσων Ἀλαρείχῳ, μυρίους εἰς συμμαχίαν Οὔννους ἐπεκαλεῖτο. Τροφὴν δὲ τούτοις ἕτοιμον εἶναι παρεῖχε βουλόμενος, σῖτον καὶ πρόβατα καὶ βόας τοὺς ἀπὸ τῆς Δαλματίας εἰσφέρειν ἐκέλευον. ἔπεμπε δὲ τοὺς κατασκοπήσοντας ὅπως τῷ ὄντι τὸν Ῥωμῶν ὁδὸν Ἀλάριχος ποιεῖται· καὶ παραχθὲν τὰς δυνάμεις συνήθροιζεν. Ἀλάριχος δὲ, εἰς μετάμελον ἐλθὼν ὅτι τῇ κατὰ τῆς Ῥώμης ὁρμῇ, τοὺς κατὰ πόλιν ἐπισκόπους ἐξέπεμπε, πρεσβευσομένους ἅμα, καὶ παραινοῦντας τῷ βασιλεῖ, μὴ φείδεσθαι τῶν ἀπὸ πλειόνων ἢ χιλίων ἐνιαυτῶν τὰ πολλὰ τῆς γῆς βασιλευούσῃ μέρους, ἐκδιδομένῳ βαρβάροις εἰς πόρθησιν, μηδὲ οἰκοδομημάτων μεγέθη τηλικαῦτα ἀφθαρτείρεσθαι πολεμίῳ πυρί· δέεσθαι δὲ τῷ εἰρήνην ὅτι μετρίαις σπένδεσθαι συνθήκαις. ἔστε γὰρ ἀρχῆς ἀξίας δεῖσθαι τὸν βάρβαρον, ἔστε τὰς πρότερον ἐπαρχίας ἔτι πρὸς οἴκησιν βούλεσθαι καὶ ὅτι τὸν παρόντα λαβεῖν,

μηδὲ

μήτε μόνους ἄμφω Νωρικοὺς, ἐν τῇ ἐσχατιᾷ τῆς Ἴστρου κειμένους, συνεχεῖς τε ὑφισταμένους ἐφόδους, καὶ δι' ὀλίγου φόρου τῷ δημοσίῳ εἰσφέρουσας καὶ οἴκοθεν ὅτι τούτοις ἔτεσιν ἐκάστου τοσοῦτον, ὅσον ἀρκεῖν ὁ βασιλεὺς οἰήσεται. συγχωρεῖν δὲ καὶ τὸ χρυσίον, εἴ τε φιλίαν καὶ ὁμαιχμίαν αὐτῷ καὶ Ῥωμαίοις, κοινὸς πολέμιος ὅπλα, καὶ πρὸς πόλεμον κατὰ τῆς βασιλείας ἐγειρομένη. Ταῦτα ὑπεικῶς καὶ σωφρόνως Ἀλαρίχου προτεινομένου, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀνδρὸς μετριότητα θαυμαζόντων, Ἰόβιός τε καὶ οἱ τῷ βασιλεῖ πλεῖστον δυνάμενοι, αἰήνυτα ἔφασκον τὰ αἰτήματα εἶναι, πάντων ὅσοι τὰς ἀρχὰς εἶχον, ὁμωμοκότων μὴ ποιεῖσθαι πρὸς Ἀλάριχον εἰρήνην. εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν θεὸν πεπυκνωμένος ὅρκος, ἦν αὖ ὡς εἰκὸς παριδεῖν, ἐνδιδόντας τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τὸ ὅτι τῇ ἀσεβείᾳ συγγνώμην· ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς τοῦ βασιλέως ὁμωμοκότος κεφαλῆς, καὶ εἴ τι δεινὸν αὐτοῖς εἰς τὸ τοσοῦτον ὅρκον ἐξαμαρτεῖν. τοσοῦτον ἐφύλαττεν ὁ νοῦς τότε τῷ πολιτείαν οἰκονομοῦντων, θεοῦ πρόνοιας ἐρημωθέν.

tum Noricos, ad extremas Istri partes sitos, & qui continuis incursionibus vexentur, tenueque fisco tributum inferant. Præter hæc, annonæ tantum in annos singulos adjiceret, quantum ipse princeps satis esse putaret. Quin & ab auri se postulato discedere; ac velle, ut amicitia sit, bellique societas, inter se ac Romanos, adversus quemvis, qui arma sumeret, & ad gerendum adversus rempublicam bellum se commoveret. Quum hæc Alarichus leniter ac modeste proponeret, omnesque simul hominis moderationem admirarentur Jovius, & alii, penes quos secundum principem potestas omnis erat, hæc postulata concedi propterea posse negabant, quod omnes magistratus jurejurando se obstrinxissent, cum Alarico se pacem nullam facturos. Quippe si Deo præstitum fuisset jusjurandum, fortasse negligi posse, permittendo benignitati divinæ facinoris impii condonationem: sed quando per caput Imperatoris juratum sit, non jam eis fas esse, contra tam grave jusjurandum delinquere. Usque adeo cauta mens illorum erat, qui Dei cura destituti, rempublicam id temporis administrabant.

ΖΩΣΙΜΟΥ

Κόμητος καὶ Ἀποφισκοσωηγόος

ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ

Βιβλίον ἕκτον.

ZOSIMI

Comitis & Exadvocati Fiſci,

HISTORIÆ NOVÆ

Liber Sextus.

ALarichus ergo, quum tam æqua poſtulata propoſuiſſet, indignum in modum ludibrio habitus; univerſis cum copiis Romam ducit, conſtanter in urbis obſidione perſtiturus. Eo tempore venit ad Honorium legatus à Conſtantino, qui apud Celtas tyrannidem invaſerat, Jovius; vir eruditione doctrinæ, cæteriſque virtutibus excellens: qui conſtitutam prius pacem, ratam haberi, prætereaque veniam ob interfectos Imperatoris Honorii propinquos, Didymium & Vereniannum, poſceret. Sic enim hoc factum purgabat, ut eos Conſtantini voluntate necatos infi-

Ἀλάριχος μὲν οὖν ὅτι τῶν ὕπω μετρίων αἰτήσεων ἀτευχρισθεὶς, ὅτι πρὸ Ῥώμης ἤλαυνε παντραλιᾷ, τῇ κατ' αὐτῆς πολιορκίᾳ προσκαρτήσων. ἐν τούτῳ δὲ ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ τυραννήσαντος ἐν Κέλτοις ἀφίκετο πρὸς Ὀνώριον πρεσβεία Ἰόβιος, παιδείᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀρεταῖς λαμπρόπτων, βεβαιωθῆναι τὴ πρότερον ὁμολογηθεῖσαν εἰρήνην, καὶ ἅμα συγγνώμην ἕνεκα τῆς ἀναιρέσεως Διδυμίου καὶ Βερηνιανοῦ, τῶν συγγενῶν Ονωρείου τοῦ βασιλέως, αἰτῶν. ἀπελογεῖτο γὰρ, λέγων, ὡς ἀκ τῶν προαιρέσιν ἀνῄρηνται Κωνσταντίνου. συντεταραγμένου δὲ τοῦ Ὀνωρίου θεσσαλμοῦ,

ασμενος, εὔλογον ἔφασκεν εἶναι, ταῖς περὶ τὴν Ἰταλίαν ἐναγχολημμένῃ φροντίσιν, ἐνδοῦναι· συγχωρούμενος ὑπὸ πρὸς Κωνσταντῖνον ἐκπεμφθῆναι, καὶ τὰ συνέχοντα τὴν Ἰταλίαν ἀπαγγεῖλαι, μετ' ὀλίγον καὶ αὐτὸν ἥξειν ἅμα πᾶσι τοῖς ἐν Κέλταις, καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ, καὶ ἐν τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ στρατιώταις, τήν τε τὴν Ἰταλίαν καὶ Ῥώμην βοηθήσοντα πράγματα παρεξόμενον. καὶ ὁ μὲν Ἰόβιος ὅτι τούτοις ἀναχωρεῖν ἐπέβαλε.

Τὰ δὲ ἐν Κέλταις, ὅπως τὴν προσηκούσης ἀφηγήσεως ἀξιωθέντα, δίκαιον ἄνωθεν ὡς ἕκαστα ἐπεγένετο, διεξιέναι. ἔτι βασιλεύοντος Ἀρκαδίου, καὶ ὑπάτων ὄντων Ονωρίου τὸ ζ', καὶ Θεοδοσίου τὸ β', οἱ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ στρατιώμενοι στασιάσαντες, ἀνάγουσι Μάρκον ὅτι τὸ βασίλειον θρόνον, καὶ ὡς κρατοῦντι τῶν αὐτόθι πραγμάτων, ἐπείθοντο. ἀνελόντες δὲ τοῦτον, ὡς οὐκ ὁμολογοῦντα τοῖς αὐτῶν ἤθεσιν, ἄγουσι Γρατιανὸν εἰς μέσον καὶ ἁλυσίδα καὶ στέφανον ὀπαδοῦντες ἐδορυφόρουν ὡς βασιλέα. δυσαρεστήσαντες δὲ καὶ τούτῳ, τέσσαρσιν ὕστερον μησὶ ἀφελόμενοι ἀναιροῦσι, Κωνσταντίνῳ παραδόντες τὴν βασιλείαν. ὁ δὲ, Ἰουστινιανὸν καὶ Νεβιγάστην ἄρχειν τῶν ἐν Κέλταις τάξας στρατιωτῶν, ἐπεραιώθη τὴν Βρεττανίαν καταλιπών. ἐλθὼν δὲ εἰς Βονωνίαν, (πρώτη δὲ αὕτη πρὸς τῇ θαλάσσῃ κεῖται, Γερμανίας οὖσα πόλις τῆς κάτω) καὶ ἐν ταύτῃ διατρίψας ἡμέρας

tiaretur. Poſtquam Honorium gravius commotum vidit, recte facturum ait, ſi curis Italicis occupatus, aliquid concederet. Quod ſi poteſtas ſibi fieret, ad Conſtantinum abeundi, & caſus Italiæ nunciandi: non multo poſt rediturum cum omnibus Celticis, & Hiſpanicis, & Britannicis copiis, ac rebus Italicis & urbanis opem laturum. His condicionibus abeundi copiam nactus eſt Jovius.

Cæterum Celticas res, necdum, uti par erat, expoſitas; æquum fuerit inde uſque à ſuperioribus annis, quo pacto ſingillatim geſtæ fuerint, commemorari. Quo tempore Arcadius adhuc imperabat, Honorio VII. & Theodoſio iterum, COSS. milites Britannici ſeditione concitata, Marcum in regio ſolio collocant; eique, tanquam rerum in iis locis potienti, ſe ſubjiciunt. Eo deinde necato, veluti moribus illorum non reſpondente; Gratianum in medium producunt, & purpura coronaque ornatum, ceu principem ſolito ſatellitio comitantur. Verum & huic improbato, poſt menſes quatuor imperium abrogant, & vitam eripiunt; Conſtantino rerum ſumma tradita. Is, ubi Juſtinianum & Nevigaſten Celticis militibus præfeciſſet, Britannia relicta tranſmiſit: quumque Bononiam veniſſet, (ea prima mari adjacet, inferioris Germaniæ civitas) & in ea dies aliquot fuiſſet commoratus, omneſque

mneſque ſibi exercitus ad Alpes uſque Galliam & Italiam diſterminantes, conciliaſſet: imperium tuto jam poſſidere videbatur. Eodem tempore Sarum Stelicho ducem cum exercitu contra Conſtantinum ablegat. Is, Juſtiniano duci cum copiis ſuis obviam profectus, eum majore cum exercitus parte interfecit; & ingenti præda potitus, quod intellexiſſet Conſtantinum ſe recepiſſe Valentiam, urbem ad defenſionem ejus ſatis idoneam; hanc ipſam obſidere inſtituit. Alter copiarum dux Nevigaſtes, cum Saro de pace colloquens, amice quidem ab eo fuit exceptus; ſed ultro citroque præſtitis ſacramentis, confeſtim occiſus, religione jurisjurandi ab Saro violata.

Quum autem Conſtantinus Edobinchum, natione Francum, & oriundum è Britannia Gerontium, duces his ſuffeciſſet: Sarus, horum ducum in re militari experientiam & fortitudinem veritus, à Valentia diſceſſit, quam ſeptem diebus obſederat. Quumque Conſtantini duces in eum maximis viribus proruſſent, multo labore ſalvus evaſit; univerſa præda Bacaudis, qui ad Alpes illi occurrerant, conceſſa; ut ab eis

πνὰς, πάντα τε ἐκκαιομένους τὰ στρατεύματα, μέχρι τῶν Ἀλπείων ὄντα τῶν ὀρέων Γαλατίαν καὶ Ἰταλίαν, ἀσφαλῶς ἔχειν τὴν βασιλείας ἐδόκει. κατὰ δὴ τούτους τοὺς χρόνους, Σάρον τὸν στρατηγὸν ἐκπέμπει μετὰ στρατεύματος κατὰ Κωνσταντίνου Στελίχων. ὁ δὲ, Ἰουστινιανῷ τῷ στρατηγῷ μετὰ τῆς δυνάμεως τῆς σὺν αὐτῷ ἀπαντήσας, αὐτόν τε ἀναιρεῖ, καὶ τὸ στράτευμα τὸ πλείονα μοῖραν καὶ λείας πολλῆς γεγομένους κύριος. ἐπειδὴ Κωνσταντῖνον αὐτὸν ἔγνω πόλιν καταλαβόντα Βαλεντίαν, ἀρχὴν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν, εἰς πολιορκίαν καθέστησε. Νεβιογάστης δὲ τὰ λεπτομερῆ στρατηγῶν λόγους τῷ Σάρῳ περὶ φιλίας προσαγόντος, ἐδέχετο μὲν ὡς φίλον τε ἀνδρα· δοὺς δὲ καὶ λαβὼν ὅρκους, ἀναιρεῖ παραχρῆμα, μηδένα τῶν ὅρκων ποιησάμενος λόγον.

Κωνσταντίνε δὲ στρατηγὸν καταστήσαντος [1] Ἐδόβιχον, Φράγκον ὄντα τὸ γένος, Γέροντιον δὲ ἀπὸ τῆς Βρεττανίας ὁρμώμενον, δείσας ὁ Σάρος μὴ τῶν στρατηγῶν τούτων περὶ τὰ πολέμια πεῖραν δόντων καὶ ἀνδρείαν, ἀνεχώρησε τῆς Βαλεντίας, ἑπτὰ πολιορκήσας ταύτην ἡμέρας. καταδραμόντων δὲ αὐτὸν τῶν Κωνσταντίνε στρατηγῶν μετὰ μεγίστης δυνάμεως, συνὶ πολλῷ διωκόντων πόνῳ, καὶ λείαν ἅπασαν δωρησάμενος τοῖς περὶ τὰς Ἄλπεις ἀπαντήσα-

1. Sozomen. [Ἐδόβιχος.] qui cum *Conſtantino* ſuppetias laturus eſſet, ab Ulphila *Conſtantis* duce per inſidias interceptus, vix ſolus fugâ evaſit ad Ecdicium quendam antiquo ſibi hoſpitii jure cognitum, qui tamen Edobici caput amputatum attulit Honorii ducibus; nisi videre eſt aliud Sozom. lib. 9. c. 14.

σὺν αὐτῷ[1] Βαγαύδας, ὅπως εὐρυχωρίας παρ' αὐτῷ τύχῃ τοῦ τε Ἰταλίαν παρόδου. Χάριν τοίνυν ὅτως εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀφορμὴν, συναγαγὼν ὁ Κωνσταντῖνος τὴν δυνάμιν ἅπασαν, ἔγνω φυλακὰς ἀρκέσας ἱδρύσασθαι τῇ Ἄλπεσιν. ἓξ δὲ αὗται τυγχάνουσιν, αἱ τὰς ὅπη τῆς Ἰταλίας ἀπὸ Κελτῶν, κἀκεῖθεν ἐπέκεινα τὰς ὁδοὺς ἀποκλείουσαι, Κοττίαι, Ποιναῖαι, Μαριτίμαι. ταῦτα δὲ δι' αἰτίαν τοιάνδε τὴν εἰρημένην μοι προφάσεως ἔσχεν.

Ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις, ἔκτον ἤδη τῆς ὕπατον ἔχοντος ἀρχὴν Ἀρκαδίου καὶ Πρόβου, Βανδίλοι Σουήβοις καὶ Ἀλανοῖς ἑαυτοὺς ἀναμίξαντες, τούτοις ὑπερβαίνουσι τοὺς τόπους, τοῖς ὑπὸ Ἄλπεις ἔθνεσιν ἐλυμήναντο καὶ πολλὰ ἐργασάμενοι φόνον, ὀλίγου καὶ τοῖς ἐν Βρεττανίαις στρατοπέδοις ἐγχώριοι συνωμόσαντο, δεῖ τὸ μὴ καθ' ὁδὸν προϊέναι, εἰς τὴν τῶν τυράννων ἐρημίαν χειροτονίαν, Μάρκον λέγω καὶ Γρατιανὸν, καὶ ὅτι τούτοις Κωνσταντῖνος. πρὸς ὃν μάχης καρτερᾶς γενομένης, ἐνίκων μὲν οἱ Ῥωμαῖοι, τὸ πολὺ τῆς Βαρβάρων καταφθείραντες μέρος. τοῖς δὲ φεύγουσιν καὶ ἐκδιδράσκουσιν, (εἰ γὰρ ἂν ἅπαντας παντελεθρίᾳ διέφθειραν) ἐνέδωκαν αὐτοῖς ἀναλαμβάνουσι τὴν ἧτταν, καὶ Βαρβάρων

adeundæ Italiæ facultatem impetraret. Quum Sarus hoc modo in Italiam perveniſſet incolumis, Conſtantinus univerſis collectis copiis, Alpes idoneo præſidio munire decrevit. Eæ tres omnino ſunt, quæ in Italiam à Celtis, atque inde ulterius ducentia claudunt itinera; videlicet Cottiæ, Pœninæ, Maritimæ. Hoc uti faceret ea cura, quam diximus; cauſa quædam erat hujuſmodi.

Superioribus annis, Arcadio VI, & Probo CONSS. Vandili Suevis & Alanis permiſti, ſuperatis hiſce locis, nationes tranſalpinas vaſtarunt; editaque ingenti cæde, Britanniarum etiam exercitibus formidabiles exſtiterunt. Quos quidem eo perpulerunt, ut veriti, ne progrederentur ulterius; ad tyrannos eligendos ſeſe converterent, Marcum inquam, & Gratianum, & ſecundum hos Conſtantinum. Adverſus quem acri commiſſo prœlio, victoria quidem Romani potiti ſunt, majore Barbarorum parte jugulata; ſed, quod fugientes inſequuti non eſſent, (omnes enim ad internecionem uſque cecidiſſent) facultatem eis conceſſerunt, ut reſarcita clade, quam acceperant, & collecta Barbarorum multitudine, rurſus ho-

1. Salvianus lib. de gub. Dei. *Vocamus rebelles, vocamus perditos quos esse criminosos compulimus, quibus enim aliis rebus, Bagaudæ facti sunt, nisi iniquitatibus nostris, nisi improbitatibus judicum*, &c.

2. Omitti videtur Sylburgio [eis.]

ſti

ſti pares evaderent. Propter has ergo cauſas præſidiarios in hiſce locis Conſtantinus collocavit, ne iſti liberum in Galliam aditum haberent. Rhenum quoque præſidio munivit idoneo; quod à Juliani principis temporibus neglectum fuerat. Hoc modo rebus in univerſa Gallia conſtitutis, Conſtantem, filiorum natu maximum, habitu Cæſaris ornatum, in Hiſpaniam abiegat. Nam & illic univerſas in poteſtatem redigere nationes cupiebat, tum ut imperii limites prolataret, tum etiam ut Honorii propinquorum potentiam in iis locis exſcinderet. Metuebat enim, ne quando coactis militum in ea regione copiis, ipſi monte Pyrene ſuperato ſe adorirentur; & Imperator Honorius, ex Italia miſſis exercitibus, undique circumdato ſibi tyrannidem abrogaret. Itaque Conſtans in Hiſpaniam tranſiit, quum ducem Terentium, & Apollinarem præfectum prætorii haberet; ac palatinis etiam ordinibus magiſtratus tam civiles quam militares dediſſet. Atque his ductoribus copias in eos movet, qui generis adfinitate Theodoſium principem contingentes, Hiſpanas res conturbabant. Illi, primo per Luſitanicos exercitus ſuſcepto adverſus Conſtantem bello, quum ab illo ſe vinci viderent; cum ſervorum & agricolarum mul-

ρων πλῆθος συναγαγεῖν, αὐδις ἀξιομάχους ἡγεῖτο. διὰ ταῦτα τοίνυν τέτοις τοῖς τόποις φύλακας ἐγκατέστησε Κωνσταντῖνος, ὡς αὖ μὴ τοῖς Γαλατίαν αὐτομόλοις ἔχοιεν πάροδον. ἐγκατέστησε δὲ καὶ τῷ Ῥήνῳ πᾶσαν ἀσφάλειαν, ἐκ τῶν Ἰουλιανοῦ βασιλέως χρόνων ἐραθυμηθεῖσαν. οὕτω τὰ κατὰ τὴν Γαλατίαν πᾶσι οἰκονομήσας, Κώνσαντι τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων, τὸ τῶν Καίσαρος σχῆμα περιθεὶς, ὅπλοις τὴν Ἰβηρίαν ἐκπέμπει, καὶ τῶν αὐτόθι πάντων ἐθνῶν ἐγκρατῆ ἡγεῖσθαι βουλόμενος, ὥστε καὶ τὴν ἀρχὴν αὐξῆσαι, καὶ ἅμα τῷ τῶν Ονωρείου συγγενῶν αὐτόθι δυναστείαν ἐκκόψαι. δέος γὰρ αὐτὸν εἰσῆλθε, μήποτε δυνάμεις συναγαγόντες τῶν αὐτόθι στρατιωτῶν, αὐτοὶ μὲν αὐτῷ ἀφεστάντες τῷ Πυρηναίῳ, ἐπέλθοιεν. ἀπὸ δὲ τῆς Ἰταλίας ὁ βασιλεὺς Ονώριος ἐκπέμψας αὐτῷ τὰ στρατόπεδα, τὴν τυραννίδος, κύκλῳ πανταχόθεν περιλαβὼν, περιαιρήσειν. ὅπλοις τέτοις ὁ Κώνσας εἰς τὴν Ἰβηρίαν διέβη, στρατηγὸν μὲν Τερέντιον ἔχων, Απολιναρίου δὲ τὴν αὐλῆς ὕπαρχον. τῶν δὲ ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ἄρχοντάς τε πολιτικὰς ἅμα καὶ στρατιωτικὰς καταστήσας, ἄγει διὰ τέτων ἐπ' ἐκείνους οἳ ἡγοῦντο τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ προσήκοντες, καὶ τὴν Ἰβηρίας [1] συνεπαράσποντο περαίμαλα, πρότερον μὲν πρὸς αὐτὸν Κώνσαντα διὰ τὴν ἐν τῇ Λουσιτανίᾳ στρατοπέδων ἐρεσθαι πό-

1. Sylb. diviſim legit [συνεπέσποντο τότε]

λεμον· ἐπεὶ δὲ πλειονεκτεῖσθαι συνέβαινε, πλήθει οἰκείῳ καὶ χωρίων ὑπερτερήσαντες, καὶ παραβραχὺ καθαιρήσαντες αὐτὸν εἰς μέγιστον κίνδυνον· ἀφ' οὗ καὶνταῦθα τῆς ἐλπίδος ἁμαρτόντες, Κώνσταντι συνῆν τῶν ὁρῶν χωμαιζὴν ἤδη ἐν φυλακῇ. ὅπερ ἀκηκοότες οἱ τέτων ἀδελφοὶ, [1] Θεοδόσιός τε καὶ Λαγώδιος, ὁ μὲν, εἰς τὴν Ἰταλίαν διέφυγε, ὁ δὲ, εἰς τὴν ἑῴαν ἁλόντες, αἰχμάλωτοι. ταῦτα καθ' ἑσπέραν ὁ Κώνστας ἁλοὺς ἐπανῆλθε πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτῦ Κωνσταντῖνον, ἐπαγόμενος Βρωϊανὸν καὶ Διδύμιον, καταλιπὼν τε αὐτόθι τὸν στρατηγὸν Γρόντιον, ἅμα τοῖς ἀπὸ Γαλατίας στρατιώταις, φύλακα τῆς ἀπὸ Κελτῶν δὴ τῆς Ἰβηρίαν παρόδε· καίτοιγε τῶν ἐν Ἰβηρίαις στρατοπέδων, ἐμπεδῶναι καθ' ὃ συνῆδες τὴν φυλακὴν αἰτησάντων, καὶ μὴ ξένοις ὁπλοφορεῖν τὴν τῆς χώρας ἀσφάλειαν. Βρωϊανὸς μὲν ἦν καὶ Διδύμιος, ὡς Κωνσταντῖνον ἀχθέντες, αὐτίκα ἀνῃρέθησαν φαρμάκῳ.

Κώνστας δὲ αὖθις ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἐκπέμπεται, Ἴσον ἐπαγόμενος στρατηγόν. ἐφ' ᾧ Γρόντιος ἀχθόμενος, καὶ τὸς αὐτόθι παροικοῦντας στρατιώτας, ἐπαίσησι Κωνσταντίνῳ τὸς ἐν Κελτοῖς Βαρβάρους. πρὸς ὃς καὶ αὐτοκὼν ὁ Κωνσταντῖνος, ἅτε δὴ τοῦ πλείονος τῆς δυνάμεως

titudine hoſtem adgreſſi, parum abfuit quin eum in graviſſimum diſcrimen adducerent. Sed heic quoque ſpe ſua fruſtrati, à Conſtante cum uxoribus in cuſtodiam dati ſunt. Qua re fratribus eorum, Theodoſio Lagodioque, nuntiata; in Italiam profugit alter, alter in orientem ſalvus evaſit. His rebus Conſtans in Hiſpania geſtis, ad patrem Conſtantinum reverſus eſt; adducto ſecum Vereniano & Didymio, relictoque iſtic duce Gerontio; qui cum Gallicis militibus iter illud, quod è Celtis in Hiſpaniam ducit, cuſtodiret: quamquam exercitus Hiſpanici hanc cuſtodiam ſibi pro more credi, nec regionis tutelam extraneis committi, petiiſſent. Cæterum Verenianus & Didymius ad Conſtantinum perducti, mox interfecti ſunt.

Inde rurſus in Hiſpaniam Conſtans à patre mittitur, ac Juſtum ducem ſecum adducit. Quare offenſus Gerontius, conciliatis ſibi eorum locorum militibus, Barbaros in regione Celtarum adverſus Conſtantinum ad defectionem impellit. Quibus quum Conſtantinus non reſtitiſſet, quod major co-

1. Sozomen. *lib. 9. c. 12.* [Θεοδοσίωλος]

2. Quod quùm Hiſpani non impetraſſent, inde factum refert Diaconus, ut, *cum Barbaris clauſtra Pirenæi montis commiſſa fuiſſent ab eis, tota qua per Gallias bacchabatur ferocitas gentium, Hiſpanorum provinciis intromiſſa eſſet.*

piarum

piarum ipſius pars eſſet in Hiſpania: cuncta pro libitu invadentes tranſrhenani Barbari, eo tum incolas inſulæ Britanniæ, tum quaſdam Celticas nationes redegerunt, ut ab imperio Romano deficerent, & Romanorum legibus non amplius obedientes, arbitratu ſuo viverent. Itaque Britanni, ſumtis armis, & quovis adito pro ſalute ſua diſcrimine; civitates ſuas à Barbaris imminentibus liberarunt. Itidem totus ille tractus Armorichu, cæteræque Gallorum provinciæ, Britannos imitatæ; conſimili ſe modo liberarunt, ejectis magiſtratibus Romanis, & ſua quadam republica pro arbitrio conſtituta.

Hæc Britannicæ Celticarumque gentium defectio, quo tempore Conſtantinus iſte regnum uſurpabat, accidit: quum ipſius in imperio ſecordia moti Barbari, haſce graſſationes inſtituiſſent. In Italia vero Alarichus, pace conditionibus iis, quas propoſuerat, non impetrata, nec obſidibus acceptis: Romam rurſus invadit, minatus eam ſe per vim expugnaturum, niſi cives Romani, conjunctis ſecum animis, adverſus Honorium auguſtum expeditionē ſuſcepiſſent. Illis ad hoc poſtulatum cunctantibus, urbem obſidet; & ad portum profectus, aliquot diebus in ejus oppugnatione conſumtis, tandem eo potitus

μέρος ὂν ἐν Ιβηρίᾳ, πάντα κατ' ἐξουσίαν ὄντος οἱ ὑπὲρ τὸ Ρῆνον Βάρβαροι, κατέσπευσαν εἰς ἀναστάτους τὴν Βρεττανικὴν νῆσον οἰκοῦντας, καὶ τῆς ἐν Κέλτοις ἐθνῶν ἔνια, τῆς Ρωμαίων ἀρχῆς ἀποστῆναι, καὶ καθ' ἑαυτὸν βιοτεύειν, οὐκέτι τοῖς τούτων ἐπακούοντα νόμοις. οἵτε δὴ ἐκ τῆς Βρεττανίας ὅπλα ἐνδύντες, σφῶν αὐτῆς προκινδυνεύσαντες, ἠλευθέρωσαν τὴν ὑπείκουσαν Βαρβάρων τὰς πόλεις· καὶ ὁ Ἀρμόρειχος ἅπας, καὶ ἕτεραι Γαλατῆς ἐπαρχίαι, Βρεττανοὺς μιμησάμεναι, κατὰ τὸν ἴσον σφᾶς ἠλευθέρωσαν τρόπον, ἐκβαλόντες μὲν τοὺς Ρωμαίους ἄρχοντας, οἰκεῖον δὲ κατ' ἐξουσίαν πολίτευμα καθιστᾶσαι.

Καὶ ἡ μὲν Βρεττανίας καὶ τῆς ἐν Κέλτοις ἐθνῶν ἀπόστασις, καθ' ὃν ἐτυράννει χρόνον ὁ Κωνσταντῖνος, ἐγένετο, τῆς Βαρβάρων ἐπαναβαντων τῇ ἐκείνου ἀφελείᾳ τὴν ἀρχήν ἐκμηχείᾳ. κατὰ τὴν τῶν Ιταλίαν Αλάριχος, ὃς τυχὼν ἐφ' οἷς ἤτει τῆς εἰρήνης, οὐδὲ ὁμήρους λαβὼν, αὖθις ἐπὶ τὴν Ρώμην, καταχρᾶσθαι αἱρεῖν αὐτὴν ἀπειλῶν, εἰ μὴ συμφρονήσαντες αὐτῷ, κατὰ τὸ βασιλέως Ονωρίου χωρήσειεν. καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὴν αἴτησιν ὤκνουν, τὴν μὲν πόλιν ἐπολιόρκει· τὸν δὲ λιμένα καταλαβὼν, καὶ ἡμέρας τινὰς ἐξαρτερήσας τὴν τούτου πολιορκίαν, τελευτῆς κύριος τούτου καθέστη. πᾶσαν

1. Καθ' ἑαυτὰ vel ἑαυτὴν. Sylb.

δὲ

δὲ αὐτόθι τῷ τῆς πόλεως ζοφῷ ὑποκειμένῳ εὑρὼν, ἀπαπήσειν αὐτῷ ἠπείλει σὺν τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον, εἰ μὴ θᾶττον οἱ Ῥωμαῖοι τὰ προτεινόμενα προέξαιεν. συνῆλθεν τοίνυν ἡ γερουσία πᾶσα, καὶ περὶ τοῦ προκειμένου βουλευσαμένη, πᾶσιν ἐνέδωκεν οἷς Ἀλάριχος ἐκέλευσεν. οὐδὲ γὰρ ἦν ἀποφυγὴ θανάτου, μηδεμιᾶς ζοφῆς διὰ τὸ λιμῷ τὴν πόλιν κορεννυμένης. καὶ ταῦτα δεξάμενοι τῷ Ἀλαρίχῳ πρεσβείαν, ἐκάλουν αὐτὸν πρὸ τῆς πόλεως· καὶ καὶ τὸ κελεύσμενον, Ἄτταλον, ὄντα ὕπαρχον τῆς πόλεως, εἰς τὸ βασίλειον ἀναβιβάζουσι θρόνον, ἁλυσίδα καὶ στέφανον περιθέντες. ὁ δὲ, παραχρῆμα Λαμπάδιον μὲν τῆς αὐλῆς ἀναδείκνυσιν ὕπαρχον, Μαρκιανὸν δὲ τῆς πόλεως ἔταξεν ἄρχειν· τὰς δὲ σὺν δυνάμεσι στρατηγίας αὐτὸς μὲν Ἀλαρίχῳ καὶ Οὐάλεντι ἐπεδέδωκεν. (ἦν δὲ ὁ πρότερον σὺν καὶ Δαλματίαν ταγμάτων ἡγούμενος) καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξῆς τὰς ἀρχὰς ἐνεχείρισεν. ἀναζεύξας δὲ μετὰ βασιλικῆς δορυφορίας, ἐχαίρει πρὸς τὰ βασίλεια, πολλῶν αὐτῷ γλωμένων καὶ ὀπτασιῶν συμβόλων. τῇ δ' ἐξῆς παρελθὼν εἰς τὴν γερουσίαν, λόγον ἀλαζονείας γέμοντα διεξῆλθε, τῷ γε ὄντι ἄπαρ' Ῥωμαίοις προποιήσειν μεγαλαυχούμενος, καὶ ἄλλα τούτων ὑπέρτερα. ἐφ' οἷς ἴσως νεμεσήσειν αὐτῷ τὸ θεῖον ἔμελλε, καὶ μετ' ὀλίγον καθαιρήσειν.

Οἱ μὲν δὴ κατὰ τὴν Ῥώμην ἐν

est. Ubi quum omnem urbis annonam reconditam inveniſſet, eam ſe minatus eſt in exercitum ſuum expenſurum, ni celeriter iis Romani, quæ proponebat, ſatisfeciſſent. Itaque Senatus univerſus convenit, & inſtituta deliberatione, quid potiſſimum agendum eſſet; tandem omnibus adſenſus eſt, quæ Alarichus imperaverat. Nec enim mortis ullum erat effugium, poſteaquam urbi nulla è portu annona ſuppeditabatur. Secundum hæc exceptis Alarichi legatis, ad urbem eum arceſſunt; ac veluti juſſi fuerant, Attalum præfectum urbis, ſublimem in auguſto ſolio, purpura coronaque cinctum, collocant. Is exemplo Lampadium præfectum prætorii declarat, & Marcianum præfectum urbis conſtituit. Militares præfecturas tum ipſi Alaricho, tum Valenti tradit. Et Valens is erat, qui Dalmaticis antea legionibus præfuerat. Itidem aliis alias ordine poteſtates tribuit. Hinc regio cum ſatellitio pergit ad palatium, quum omina multa parum fauſta ſe offerrent. Poſtridie Senatum ingreſſus, orationem ſingularis adrogantiæ plenam habuit, qua ſe Romanis univerſum orbem terrarum adquiſiturum, & his etiam alia majora, magnifice jactitat: propter quæ numen ei forte ſuccenſurum erat, hominemque non multo poſt everſurum.

Romani magna exſultare lætitia

titia, qui & alios magiſtratus reipublicæ recte gerendæ peritos nacti fuiſſent; & inſignem ex Tertulli conſulis honore voluptatem caperent. Solam illorum familiam, qui Anicii dicuntur, quæ publice videbantur univerſis conducere, mordebant: quod fere inter omnes hi ſoli magnas opes poſſidentes, felicitatem publicam permoleſte ferrent. Quum autem Alarichus Attalo recte conſuleret, ut idoneas copias in Africam & Carthaginem mitteret, earumque opera Heracliano abrogaret imperium; ne per illum quoque, partes Honorii ſectantem, aliquod impedimentum rebus inſtitutis objiceretur: nihili admonitiones ejuſmodi fecit Attalus; adeoque ſpes eas amplexus, quas vates ei facerent, ac ſine certamine ſe Carthagine totaque potiturum Africa perſuaſus; non Drumam mittit, qui cum Barbarorum copiis, quas ducebat, facillime potuiſſet Heraclianum poteſtate dejicere: ſed, Alarichi conſilio poſthabito, cuidam Conſtantino in Africanos milites imperium tradit, nec firmas tamen cum eo copias mittit. Interea vero, dum adhuc in dubio res Africanæ eſſent, expeditionem adverſus Imperatorem, qui Ravennæ ſe continebat, ſuſcipit. Is, metu perterritus, quum miſſis legatis, imperii ſocietatem offerret, ſimul & alios magiſtratus reipublicæ recte gerendæ peritos nacti eſſent; & inſignem ex Tertulli conſulis honore voluptatem caperent. Solam illorum familiam, qui Anicii dicuntur, quæ publice videbantur univerſis conducere, mordebant: quod fere inter omnes hi ſoli magnas opes poſſidentes, felicitatem publicam permoleſte ferrent. Quum autem Alarichus Attalo recte conſuleret, ut idoneas copias in Africam & Carthaginem mitteret, earumque opera Heracliano abrogaret imperium; ne per illum quoque, partes Honorii ſectantem, aliquod impedimentum rebus inſtitutis objiceretur: nihili admonitiones ejuſmodi fecit Attalus; adeoque ſpes eas amplexus, quas vates ei facerent, ac ſine certamine ſe Carthagine totaque potiturum Africa perſuaſus; non Drumam mittit, qui cum Barbarorum copiis, quas ducebat, facillime potuiſſet Heraclianum poteſtate dejicere: ſed, Alarichi conſilio poſthabito, cuidam Conſtantino[1] in Africanos milites imperium tradit, nec firmas tamen cum eo copias mittit. Interea vero, dum adhuc in dubio res Africanæ eſſent, expeditionem adverſus Imperatorem, qui Ravennæ ſe continebat, ſuſcipit. Is, metu perterritus, quum miſſis legatis, imperii ſocietatem of-

εὐφροσύνῃ πολλῇ, τὸ δὲ ἄλλων ἀρχόντων οἰκονομῆσαι καλῶς ὀπτεμφόντων τετυχηκότες, καὶ ὅτι τῇ τε Ῥώμῃ ὑπάτου τιμῇ σφόδρα ἀφραινόμενοι. μόνον δὲ τῶν λεγομένων Ανικίων οἶκον ἐλύπει τὰ κοινῇ δοκοῦντα πᾶσι λυσιτελεῖν, ἐπειδὴ μόνοι τῶν πάντων (ὡς εἰπεῖν) ἔχοντες πλοῦτον, ὅτι τοῖς κοινοῖς ἐδυσχέραινον διαφοράς. Αλαείχου δὲ συμβουλεύσαντος ὀρθῶς Ατάλῳ, πέμψαι μοῖραν δυνάμεων ὅτι Λιβύῃ καὶ Καρχηδόνα, διὰ ταύτης τε ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἀρχὴν Ηρακλειανὸν, ὡς αὖ μὴ καὶ ἐξ αὐτοῦ, τὰ Ονωρίου φρονοῦντος, κώλυμά τι τοῖς ἐγχειρουμένοις συμβαίη, τοιαύτας παραινέσεσιν Ατάλος καὶ ἐπίθετο· τὸ δὲ ὅτι τοῖς μάντεσιν ἐλπίσι ἑαυτὸν ἐκδιδοὺς, καὶ ἀμαχητὶ ἀφειποίησεσθαι Καρχηδόνα καὶ τὰ ἀφὲ Λιβύῃ ἅπαντα πεπεισμένος, Δρόμαν μὲν οὐκ ἐκπέμπει μεθ' ἧς εἶχε Βαρβάρων δυνάμεως ἔτα δυνησόμενον Ηρακλειανὸν τῆς ἀρχῆς ἐκβαλεῖν· ἐν δὲ τῷ Αλαείχου βουλῇ ποιησάμενος, [1] Κωνσταντίνῳ παραδίδωσι τὴν ἐν τῇ Λιβύῃ στρατηγίαν· τὴν ἠγεμονίαν, ἐδεμίαν αὐτῷ δυνάμων ἀξιόμαχον συνεκπέμψας· ἀλλὰ, τὴν ἐν τῇ Λιβύῃ ἐν ἀδείᾳ κειμένων, ὅπως τὸ βασιλεῖ, καὶ τὴν Ράβενναν ὄντι. Τὸ δὲ συλλαχθέντος τῷ δέει, καὶ πρέσβεις ἐκπέμψαντος, καὶ κοινῶν ἀμφοτέροις ἄρξειν τὴν βασιλείαν αἰτοῦντος,

1. Κώνσταν]α secundum Sozomen. lib. 9. c. 8.

Ιόβιος

Ἰόβιος ὁ τ αὐλῆς ὕπαρχος πρὸ Ἀτάλου καθιστάμενος, οὐδὲ ὄνομα καλαλείφθη ἔφη Ὁνωρίῳ βασιλείας ἀπόνον, ἀλλ' οὐδὲ ὁλόκληρον ἕξειν τὸ σῶμα· νῆσον τε αὐτῷ δώσειν [1] κὴ οἴκησιν, πρὸς τῷ κὴ μέρος αὐτῷ τι τ σώματος καλασήσειν πεπρωμένον. ἐκπλαγέντων δὲ πάντων ὅτι τῷ τῆς λόγων ἀλαζονείᾳ, καὶ τ βασιλέως Ὁνωρίου πρὸς φυγὴν ὄντος ἑτοίμου, κὴ ὅτι τούτῳ πλῆθος πλοίων οὐ μέτριον εἰς τ τῆς Ραβέννης λιμένα συναγαγόντος, ἓξ τάγματα στρατιωτῶν παρεσκευάσθη, πάλαι μὲν ἔτι ὠφελοῦντος Στελίχωνος παρασκώμενα, τότε δὲ πρὸς συμμαχίαν ἐκ τῆς ἑῴας ἀφιγμένα, [2] μυριάδες ἀριθμὸν ὄντα τέσσαρες. ἀνιστάμενος δὲ ὥστε ἐκ χάρας βαδέως Ὁνώριος, τοῖς μὲν ἐκ τ ἑῴας ἀφιγμένοις τ τῆς τειχῶν ὄπισθεν φυλακὴν ἐγκατέστησε· ἐγγὺς δὲ τέως ὄντων ἐν Ραβέννῃ, μάχεσθαι ἂν ἀκριβέστερον τὰ κατὰ τὴν Λιβύην αὐτῷ δηλωθείη· κὴ εἰ μὲν Ἡρακλιανὸς κρείττων γένοιτο, τ αὐτόθι στρατευμάτων ὄντων ἐν ἀσφαλεῖ, πάντα τῷ στρατεύματι πολεμεῖν Ἀτάλῳ κὴ Ἀλαρίχῳ· τῆς δὲ εἰς τ Λιβύην παρ' αὐτὸ πεμφθέντων ἐκπεσόντων, τοῖς ἴσοις αὐτῷ νηυσὶ πρὸς Θεοδόσιον εἰς τὴν ἑῴαν ἐκπλεῖσαι, καὶ

ferret: Jovius, ab Attalo præfectus prætorii constitutus, ne nomen quidem Imperatoris Honorio relicturum ait Attalum, nec integrum corpus; sed in insulam relegaturum, & præterea partem aliquam corporis mutilaturum. Universis hac orationis adrogantia territis, & Honorio principe jam ad capessendam fugam parato, qui eo nomine non exiguam navium copiam in portum Ravennatem coegerat: sex militum cohortes adpulere, quæ quidem adhuc superstite Stelichone jam olim exspectabantur; sed tunc primum ex oriente ad belli societatem venerunt. In his erant hominum quatuor millia. Quapropter velut excitatus è gravi sopore Honorius, iis mœnium custodiam credit, qui ex oriente venerant: atque interim Ravennæ manendum statuit, donec certiora de rebus Africanis accepisset. Ac siquidem superior evaderet Heraclianus, rebus istic in tuto consistentibus, universo cum exercitu Attalo & Alaricho bellum inferendum: sin missi ab se in Africam vincerentur, in orientem ad Theodosium cum iis abeundum navibus, quas habe-

1. Leg. [εἰς.]

2. Scrib. [χιλιάδες] εἰς τοῦτο δὲ τῶν παρεσκευασμένων ὡς συμπεπτωκυίας αὐτὰ ἔχειν ναῦς ἐδοκοῦντος ἐν ἓξ ἀριθμοῖς ἀμφὶ [τετρακισχιλίους] τραπῆναι νύκτωρ τῇ Ραβέννῃ προσπλεύσαντα ἐκ τῆς ἀνατολῆς &c. Sozomen lib. 9. c. 8.

ret; & occidentalium nationum imperio cedendum.

Hic rerum Honorii ſtatus erat. Jovius autem, qui legatus ad Honorium, velut antea commemorabam, miſſus fuerat; de proditione, ab Honorio quorundam opera corruptus, cogitare cœpit. Itaque ad Senatum negat, obiturum ſe amplius legationem; indecora quædam ad eum verba proloquutus; & quod omnino, quandoquidem conatus eorum qui fuerant in Africam miſſi, ſucceſſu caruiſſet, Barbaros ad gerendum adverſus Heraclianum bellum mitti oporteret. Quippe Conſtantino interfecto, ſpes ipſorum ab ea parte fluctuare. Quum autem commotus ad iram Attalus, per alios indicaſſet, quid eſſet agendum: mittuntur in Africam cum pecuniis alii, ut rebus eorum locorum opem ferrent. Quo Alarichus cognito, graviter ac moleſte rem ferens, de rebus Attali deſperare cœpit; qui ſtoliditate quadam animi, nullaque nixus ratione, res inutiles temere moliretur. Itaque poſtea, quam hæc illi ad animum accidiſſent, licet antea Ravennæ obſidionem eo uſque urgere cogitaverat, donec eam cepiſſet; tamen inde diſcedendum ſtatuit. Nam hoc uti facerent, Jovius hortabatur; qui, quum intellexiſſet, miſſi ab Attalo ducis irritos in

[1] τῆς ἑσπερίων βασιλείας ἐκπῆναι.

Καὶ Ονώριος μὲν ἐν τούτοις ἦν. Ἰόβιος δὲ, χρηματισείαν (ὡς διέλεγθον ἤδη) πρὸς Ονώριον ἐκπεμφθεὶς, εἰς ἔννοιαν ἔρχεται προδοσίας, Ονωρίῳ διά τινων αὐτὸν ὑποβάλλων· καὶ πρὸς μὲν τὴν γερουσίαν, παραιτεῖται πληρῶσαι τὴν πρεσβείαν, ἀφεὶς πρὸς αὐτὴν ἀπερεπῆ τινὰ ῥήματα, καὶ ὡς προσήκει, τὴν ἐν Λιβύῃ σαλέντων διαμαρτόντων, εἰς τὴν καθ' Ηρακλειανὸν πόλεμον βαρβάρους ἐκπέμψαι. σαλεύεσθαι γὰρ [2] αὐτῷ τὴν ἐκείθεν ἐλπίδα, [3] Κώνσταντος ἀναιρεθέντος. κινδυνεύοντος δὲ πρὸς ὀργὴν Ἄτταλου, καὶ δι' ἑτέρων τὸ προσῆκον μηνύοντος, πέμπουσι καθ' Λιβύην ἕτεροι μὲν χρημάτων, τοῖς αὐτόθι βοηθήσοντες πράγμασιν. ὅπερ μαθὼν Ἀλάριχος, καὶ ἀπαρεθεὶς τῷ ῥηθέντι τοῖς καθ' Ἄτταλον ἀπεγνώκει, φρενοβλαβείᾳ καὶ οὐδενὶ κόσμῳ τοῖς ἀλυσιτελέσι ξαδίως ἐπιχειροῦντα. ταῦτα δὲ λαβὼν καὶ νοῦν, ἀναχωρεῖν ἔκεινε τὸν Ραβέννης, καίτοιγε ἐνεῖναι τῇ ταύτης πολιορκίᾳ διανοούμενος ἄχρις ἁλώσεως. Ἰόβιος γὰρ αὐτῷ τοῦτο παρῄνει· ὃς, ἐπειδὴ τὴν ἐν Λιβύῃ δι-

---

1. Leg. [τῆς τῶν.]

2. Αὐτῶν.

3. Leunclavius reddit *Conſtantinum* ideo perſuaſus quod in præcedentibus occurrat Gr. Κωνσταντῖνος· ubi de eâdem re agitur.

ἐμπορτεῖν

μιμῆτεῖν ἔγνω τ ὑπὸ Ατ̃λάλε σαλέντα, τέλεον εἰς τὸ τὰ Ονωρίου πεφάτλειν ἐτράπη, κακηγορῶν τε Ατ̃λαγον Αλαρίχῳ διετέλ, πείθειν σπεδάζων ὡς, ἐπειδὴ κρατήσειε τ βασιλείας, αὖτ̃ πρῶτον ὀπιβαλάσει, ἢ πᾶσι τοῖς κτ̃ ἧμας αἰσχισείαν προσήκουσιν. Αλαρίχε δὲ τέως ἐμμῆναι τοῖς πρὸς Ατ̃λαγον ὅρκοις ἐθέλοντος, ἀναιρεῖται μὴ Οὐάλης, ὁ τῆς ἵππε σρατηγὸς, εἰς πρόδοσίας ἐμπιτῶν ὑπονοίαν. ἐπὴ ὃ τ Αἰμιλίας πόλεσιν Αλάριχος ἁπάσας, ὅσαι τῷ Ατ̃λάλου βασιλείαν ἑτοίμως δέξαδ παρητήσαλο· ἢ τὰς μ̃ ἄλλας σὺν ἐδενὶ πάρεσησαλο πόνῳ, Βονωνίαν ὃ πολιορκήσας, ἀναχομένῳ ἡμέραις πολλαῖς ὑ δυνηδεὶς ἑλεῖν, ὅτι Λίγυας ἐχώρει, κἀκείνους Ατ̃λάλον δέξαδ βασιλέα συναναγκάζων.

Ονωρίου δὲ γράμμασι πρὸς τὰς ἐν Βρετ̃ανίᾳ χερσαμένε πόλεις, φυλάτ̃εδαι σφᾶς ἐγκελέυοντος, δωρεαῖς τ ἀμειψαμένε τὸς σρατώτας ἐκ τ̃ σφὰ Ηρακλειανῦ πεμφθέντων χρημάτων, ὁ μ̃ Ονώριος ἦν ἐν ἔρξονη πάσῃ, τ τ ἀπαλαχῦ σρατιωτῶν ὁπασασάμενος εὔνοιαν. Ηρακλιανῦ ὃ τὸς ἐν Λιβύῃ πάντας λιμένας φυλακῇ παντίᾳ καθυφέβηλος, ἢ μήτε σίτε, μήτε ἐλαίε, μήτε ἄλλε πρὸς τ̃ ὁπιτηδείαν εἰς τ τ Ρώμης κομιζομένε λιμένα, λιμὸς ἐνέσκηψε τῇ πόλ χαλεπώτερος τῦ πρόσθεν, τ̃ ἐπ' ἀγορᾶ τὰ ὤνια πεφιδέμενον, ὅσα ἦν αὐτοῖς, ὑποκρυπτόντων,

Africa conatus fuiſſe; prorſus ad favendum Honorii cauſæ ſe convertit, & Attalum maledictis apud Alarichum inceſſere non deſiit; totus in hoc incumbens, ut ei perſuaderet, Attalum ſtabilito imperio, primum Alaricho ipſi, & omnibus ei generis propinquitate junctis, inſidias ſtructurum. Dum autem Alarichus adhuc in fide Attalo data perſtaret, Valens equitum magiſter occiſus eſt, proditionis inſimulatus: & Alarichus ipſe cunctas urbes Æmiliæ cum copiis adiit, quotquot imperium Attali promte accipere recuſaſſent. Et alias quidem, nullo labore, redegit in ditionem: Bononiam obſeſſam, & hoſtem compluribus diebus ſuſtinentem, capere non potuit. Itaque verſus Ligures pergit, ut illos etiam Attalum Imperatorem agnoſcere cogeret.

Honorius autem, literis ad civitates Britannicas ſcriptis, quibus eos hortabatur, ut rebus ſuis conſulerent; itidemque militibus ex ea pecunia, quam Heraclianus miſerat, congiario præmii loco diſtributo: in omni degebat otio, militumque ſibi benevolentiam ab omni parte conciliabat. Heraclianus vero, quum omnes in Africa portus occupatos multiplici præſidio teneret, neque jam frumentum, vel oleum, vel aliæ res ullæ ad victum neceſſariæ, in portum Romanum invehe-rentur: fames in urbe gravior, quam prius, exſtitit; dardana-

riis

riis ea ſpe, quidquid habebant, ſupprimentibus, ut omnium pecunias ad ſe averterent, eo potiti pretio, quod ipſimet arbitratu ſuo ſtatuerent. Adeoque redacta fuit urbs ad eas anguſtias, ut ab iis, qui ſperarent, hominum quoque corpora deguſtatum iri, vox hujuſmodi Circenſibus ludis emitteretur: PRETIUM PONE CARNI HUMANÆ.

Has ob cauſas Romam profectus Attalus, Senatum advocat; & conſultatione propoſita, univerſis propemodum ea ſententia probata fuit, ut & Barbari cum Romanis militibus in Africam mitterentur, eorumque præfectura Drumæ traderetur; illi nimirum viro, qui documenta jam plurima fidei benevolentiæque ſuæ edidiſſet. Solus Attalus cum paucis, judicio plurium non adſentiebatur; qui neminem Barbarorum cum Romano exercitu mitti vellet. Hinc jam Alarichus ad abrogandum Attalo imperium ſpectare, quum multo ante Jovius eum continuis criminationibus ad hoc impuliſſet. Itaque reapſe conſilium ſuum exſequens, extra urbem Ariminum, in qua tunc commorabatur, productum Attalum diademate ſpoliat, & exuit purpura; atque his ad Honorium principem miſſis, Attalum in omnium oculis ad privatam vitæ conditionem redegit; apud ſe

ἐλπίδι τῶ τὰ πάντων οἰκειώσασθαι χρήματα, τὴν κατ' ἐξουσίαν δειζομένης πάσης αὐτοῖς διδομένης. εἰς τοῦτο τε ἦλθεν ἡ πόλις σενοχωρίας, ὥστε ἐλπίσαντας καὶ ἀνθρώπων ἅπτεσθαι σωμάτων, τοιούτῳ φωνῇ ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ ἀφεῖναι, PRETIUM PONE CARNI HUMANÆ· τοῦτο δέ ἐστιν, ὁρίζου τῇ ἀνθρωπείῳ κρέᾳ τιμήν.

Ἐπὶ τούτοις Ἄτταλος καταλαβὼν τὴν Ῥώμην, συνάγει τὴν γερουσίαν καὶ βουλῆς παρεδείσης ἅπασιν (ὡς εἰπεῖν) ἐδοκίμαζον, καὶ βαρβάρους χρῆναι μετὰ τῆς στρατιωτικῆς εἰς τὴν Λιβύην ἐκπέμψαι, καὶ δοθῆναί τε Δρούμα τὴν τούτων ἡγεμονίαν, ἀνδρὶ πλείστα ἤδη πίστεως καὶ εὐνοίας ἐπιδεδειγμένῳ δείγματα. μόνος δ' Ἄτταλος, συνὼν ὀλίγοις, τῇ τῶν πολλῶν καὶ ἐπίδοξος γνώμῃ, βαρβάρων ἑνὸς τὴν στρατοπέδῳ συνεκπέμψαι βουλόμενος. ἐντεῦθεν Ἀλάριχος εἰς τὴν Ἀττάλου καθαίρεσιν εἶδεν, ἰοβίῳ πρὸ πολλοῦ τὴν συνεχέσι διαβολαῖς ἑτοιμότερον εἰς τοῦτο κατασκευάσαντι· καὶ τὸ βούλημα εἰς ἔργον ἄγων, περὶ τὸ Ἀριμίνου, καθ' ἣν τότε διέτριβεν, ἐξαγαγὼν τὸν Ἄτταλον, περιελὼν τὸ διάδημα, καὶ τῆς ἁλουργίδος ἐκδύσας, ταῦτα μὲν ἔπεμψεν Ὁνωρίῳ τῷ βασιλεῖ· τὸν δὲ [1] Ἄτταλον τῶν πάντων ὄψεσιν ἰδιώτην ἀπέδειξε, καλαχὼν παρ' ἑαυτῷ μὴ

1. *Ita Diaconus lib.* 14. Attalus à Gothis Imperator effectus eſt, poſtmodum captus à Conſtantio, miſſuſque Honorio, truncatâ manu, vitæ relictus eſt.

τ παιδὸς Ἀμπελίῳ, μέχρις αὖ πρὸς Ονώριον εἰρήνης γενομένης ἀσφάλειαν αὐτοῖς τ βίᾳ περιποίησειεν. ἔμεινε δ καὶ ἡ τ βασιλέως ἀδελφὴ 1 Πλακιδία παρ' αὐτῷ, ἐμμίαν μὲν τρόπον πρὸ τάξιν ἐπέχουσα, πάσης δὲ ὑπολαύουσα τιμῆς καὶ βασιλικῆς θεραπείας.

tamen cum Ampelio filio retentum, donec pace cum Honorio conſtituta, vitæ incolumitatem eis impetraſſet. Placidia quoque, ſoror Imperatoris, cum Alaricho erat; vicem illa quidem obſidis modo quodam implens; ita tamen, ut omni honore cultuque regio frueretur.

Καὶ τὰ μὲν κατ' τ Ἰταλίαν, ἐν τούτοις ἦν· Κωνσαντῖνος δὲ τῷ παιδὶ 2 Κώνσᾳ τὸ διάδημα περιθεὶς, καὶ αὐτὸν τ Καίσαρος βασιλέα ποιήσας, Ἀπολλιναρίου παραλύσας τ ἀρχῆς, ἕτερον αὐτ' αὐτοῦ ὕπαρχον ἀπέδειξεν. Ἀλαρίχος δὲ ὅπῃ τινὰ Ῥάβενναν ὡρμηκότος, ὡς δὴ βεβαίως αὐτῷ πρὸς Ονώριον ἐσομένης εἰρήνης, ἕτερόν τι παρ' ἐλπίδα ἐμπόδιον εὗρεν ἡ τύχη, πρὸς τὰ συμβαινόμενα τοῖς τῆς πολιτείας πράγμασιν, ὁδῷ προϊόντα. 3 Σάρου μὲν Βαρβάρων ὀλιγαριθμίαν ἐν τῷ Πικηνῷ λιμπάνοντος, καὶ μήτε Ονωρίῳ τῷ βασιλεῖ, μήτε Ἀλαρίχῳ προσθεμένου, δυσμενῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν Ἀτάουλφος, ἔκ τινος προλαβούσης ὑποψίας, ἐπέχει-

Ac Italicarum ſane rerum hæc id temporis erat conditio. Conſtantinus autem, quum diademate Conſtantem filium cinxiſſet, proq; Cæſare dixiſſet Auguſtum; Apollinari abrogata poteſtate, alterum ejus loco præfectum prætorii deſignavit. Interim Alaricho cum copiis Ravennam profecto, veluti qui firmam certamque cum Honorio pacem facturus eſſet; aliud quoddam fortuna reperit impedimentum, ad ea, quæ ſtatus publici rebus eſſent eventura, via quaſi quadam progrediens. Quippe dum Sarus, nec Imperatoris Honorii, nec Alarichi ſe partibus adjungens, cum perexiguis Barbarorum copiis in Piceno commoratur: Ataulfus, qui eſſet infeſto in eum animo, propter quaſdam obortas ante

1. Quæ Conſtantio poſt in matrimonium collocata fuit, peperitque Valentinianum, ſubinde Imperatorem futurum.

2. Pro Κωνσᾳ τι

3. Hiſtoriam ſic refert *Sozomen.* c. 10 *lib.* 9. Σάρος δέ τις, Βάρβαρος τὸ γένος, εἰς ἄκρον τὰ πολεμικὰ ἀσκημόνει, ἀμφὶ πεντακοσίους μάλιστα αὐτὸν ἔχων πάντας εὐνοϊκῶς καὶ ἀρίστως, ὑποπτος ὢν Ἀλαρίχῳ διὰ παντός ἦν. ἐλογίσατο μὴ συνοίσειν αὐτῷ τὰς μεταξὺ Ρωμαίων καὶ Γότθων σπονδὰς, καὶ ἐξαπίνης κατὰ τῶν ἰδίων ἐπανελθὼν ἀναιρεῖ τινὰς τ Βαρβάρων. ἐν τούτῳ δὲ ἐς ὀργὴν καὶ θεὸς κατασεὶς Ἀλαρίχος τῷ αὐτῷ ἐδὲν ἀναιρέσει καὶ παραγενόμενος τῷ Ῥώμῃ εἶλε παραδόσει, &c.

hoc

hoc tempus inimicitias, ad ea loca cum copiis universis accedit, quibus in locis tum forte Sarus erat. Illum adventantem quum Sarus animadverteret, non satis ad committendam pugnam instructum se ratus, qui homines secum trecentos duntaxat haberet: ad Honorium profugere statuit, & cum eo belli adversus Alarichum gerendi societatem coire. . . . . .

τῷ παυσαμένῳ τοῖς τόποις, ἐν οἷς ὁ Σάρος συνέβαινεν εἶναι. ταύτης αἰσθόμενος τῆς ἐφόδου, πρὸς μάχῃ τε ἀρκέσειν οἱ ὀλίγους, μόνων αὐτῷ τριακοσίων συμβιοτῶν ἀνδρῶν, ἔγνω φεύγειν πρὸς Ονώριον καὶ κοινωνῆσαι τοῦ πρὸς Αλάριχον πολέμου. . . . . .

Supplementum istorum quæ in Zosimo desiderantur.

DEsiderantur nonnulla: sed desiisse Zosimi historias in Româ ab Alaricho captâ testatur Photius in bibliothecâ. Quòd cum Zosimus sit hac parte imperfectus nec alibi fere prodatur series & rerum ordo ad R. captivitatem spectantium, visum est sequentia subnectere ex Baptista Egnatio.

Obsederat Romam Alarichus jam biennium, nec Honorius, qui Ravennæ desidebat aut ferre suppetias poterat, aut audebat. Nam cum nihil minus quam de urbis salute solicitus esset, Stilichone interfecto, ducem exercitui minime præfecerat, qui adversus Gothos rem administraret. Unde Gothis obsidendæ urbis cogitatio, Romano milite aut dilapso aut segniter rem agente. Verum eam frustra obsessam, cum expugnare vi non possent, ad dolum hostis Barbarus vertitur. Profectionem in patriam simulat, trecentosque juvenes corporis & animi vi præstantes eligit, quos R. principibus dono det, instructos prius ut omni obsequio dominos suos promereri studeant, & ad certam diem circa meridiem, cum R. principes somno vel otio vacarent, ad Asinariam portam advolent, interfectisque improviso insultu custodibus, portam sibi præstò futuro aperiant. Interea Gothi cum reditum, alia atque alia deesse sibi simulantes, differrent, trecenti illi juvenes occasione egregiè usi, portam statò die suis aperiunt, & intromissus Gothus majori ignominia quam damno urbem omnem populatur. Sunt qui Probæ illustris feminæ & opulentissimæ operâ patefactam Gothis portam existiment cum R. P. passim fame & morbis pecudum more cadentem miseraretur. Duo sunt cognitu non indigna: unum, edictum ab Alarichо fuisse, ut quicunque in templa Divorum confugerent, præcipue Petri & Pauli, his nulla vis inferretur, quod & summa fide servatum. Alterum, quod cum nuntiatum Honorio esset Ravennæ, Romam perditam, creaidit ille de pugnaci Gallo, cui nomen erat Romæ, significatum esse, admiratumque vehementer tam subitò periisse eum, quocum paulò antè festivissime luserat.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

£15 14